




# In Regum duos vltimos libros, annotationes

<https://hdl.handle.net/1874/428531>



IN RE  
GVM DVOS VLTIMOS  
LIBROS, ANNOTATIO

nes Ioannis Bugenhagij Po-  
merani, post Samue-  
lem iam primū  
emissæ.

Adiecto Indice.

Argentorati Ioannes Knoblochus  
excudebat, Mense Nouembri.

M. D. XXV.

IOANNES BVGENHAGIVS  
POMERANVS LE-  
CTORI S.



STATIS FVISSET QVOD  
in Samuëlem, pro modulo nostro, indi-  
cauimus, quo usu sacræ historiæ legen-  
dæ sint, nisi auditores coëgisset, ut idē  
faceremus in duos libros Regū, quos tertium et quarta-  
tum uocamus. Quibus igitur illa usui fue-  
runt accipiant et hæc, quæ ideo per  
nos in publicum ædimus,  
ne male ab alijs  
ædantur.

ANNOTATIONES IN LIBROS  
REGVM, AVTORE IO-  
anne Bugenhagio.



**Q**VARE HI DVO LIBRI,  
quos nos tertium & quartum Regum  
uocamus, apud Hebræos proprie libri  
Regum nominentur, diximus supra in  
primo Samuëlis.

ARGVMENTVM DVORVM  
LIBRORVM RE-  
GVM.



**D**OS Davidē Salomonis gloriosum re-  
gnū describitur, et sub eodē cultus dei  
ædificato tēplo, nō uulgaris, quia deus  
sapiētia sui uerbi, siue spūs, repleuerat  
Salomonem. Hoc uerò ad impietate deficiente, scissum  
est regnū iudicio dei, et duæ tribus, Benjamin scilicet et Scissum  
Iuda, tantū relictæ sunt posteritati Davidis, tūc regnū regnans  
Iuda hoc dictū est, illud autē, quod decē tribus cōtine-  
bat, regnū Israël. Porro regnū Israël perpetua idolola-  
tria et infidelitate, laborauit, donec in Assyrios, traden-  
te deo, translatum est, & nunquam reductū. Nihil hic  
profuit multorū & insignium prophetarū increpatio  
& prophetia, nisi ut magis redderentur iudicio Dei

A 2 obnoxij.



## 4 ARGUMENTVM.

obnoxij, prophetie & uerborum Dei contemptores.  
 Neq; uerò meliora in regno Iuda facta sunt, quàmquam  
 ibi cultus ille legis Dei in speciem aliquandiu perman-  
 serit, & subinde redassumptus fuerit. Qui hoc graui-  
 us accusandi sunt, quod non solum pios quosdam legis  
 amatores, & præterea prophetas sanctos, sed etiã re-  
 ges subinde, licet paucos, habuerint Dei ueri cultores,  
 & tamen mole impietatis nutabãt, donec abiecerit eos  
 deus in manus Chaldæorum, quæ inde captiuitas Baby-  
 lonica appellata est. Hæc habet finis librorum Regum.  
 Verum post septuaginta annos ex isto Iuda regno in  
 terram suam reducti sunt, quorum tetigerat deus cor-  
 da. Id quod legis in Esdra, non solũ ut ueritas uerbi He-  
 remie prophete uideretur, sed etiam ut suo tẽpore &  
 suis locis implerentur, quæ de Christo prædicta erant,  
 qui ipsis uenturus erat ex tribu Iuda, ut sederet super  
 solium David patris sui, et regnaret in do-  
 mo Iacob in æternum, & re-  
 gni eius non esset  
 finis &c.

6

CAPVT PRIMVM PRI

mi libri Regum, quem uulgo Tertium  
Regum uocamus.



**C**UM DEFICIENTE COR-  
pore Dauidis, incipit regnum Salo-  
monis filij eius, quē ad hoc elegerat  
deus, ut uides in uerbis Dauid.  
1. Paralip. 22. & 29. ne quid hic ge-  
stum putes sine uerbo Dei, & su-  
pra. 2. Reg. 12. Salomon puer dicitur dilectus deo. Atq;  
his reuelationibus doctus Dauid, iurauerat quoq; sue  
Bethsabeæ, Salomonē fore regē, ut infrā uidebis. Quid  
ergō efficit Adonias nisi quod efficiunt illi, qui sine dei  
uerbo et uocatione querūt se magnificare super terrā?

Non calefiebat &c.

Mirantur istum caloris defectum in Dauide, cum tan-  
tum LXX. annos uixisse scribatur. 2. Regum. 5. & Caloris de-  
fectus in  
Dauid.  
querunt naturales causas unde id effectum sit, nō au-  
tem respiciunt in tentationes horrendas, quas per om-  
nem uitam expertus fuerat, de quibus non semel co-  
gebatur dicere quod tam sæpe scripsit in psalmis, Con-  
turbata sunt omnia ossa mea, et anima mea turbata est  
ualde. Vt enim alia taceamus, uel hoc solum sat fuis-  
set, quod ei accidisse scribitur in fine libri superioris.  
Quid ergō mirum si caro seni defecerat, ubi per omnē  
uitam tentationibus mortis & inferorum subinde ue-

6 ANNOT. IN PRIMVM LIB.

xata erat, id quod superior historia declarat? Norunt istam osium turbationem qui uel leniter quandoq; manum Dei, conscientiam terrentis & in angustiam mortis detrudentis, senserunt. Verum de his plura in psal-

*Abisag.* De Abisag, quæ erat ex Sunem, sic accipe. (mis. Primum, ut eam acciperet David in remedium corporis consilium erat aliorum, cui ipse cessit, ne uideretur contemnere tam propensos in se animos. Nemo enim bonorum erat qui tantum uirum non uellet seruatum iri. Deinde ne somnies hoc non licuisse, data est ei hæc Sunamitis uxor. Non enim in occulto res gerebatur, quæsierunt enim, ut hic dicitur, in omnibus finibus Israël &c. Quid quæso aliud licuisset regi seni & spiritu Dei pleno prophetæ? Hinc postea impie Adonias filius David hanc petit uxorem, licet à patre non cognitam. Præterea indignum est quod Hieronymus de hac historia ait. Nonne, inquit, tibi uidetur, si occidentem sequaris literam, figmentum esse, uel Athenarum littera? Hoc scilicet est historię sacræ ueritatem honorare, dicere uidelicet non ita habere quod scriptum est, sed ex eo oportere fingere aliud, & ubi finxeris quod ignoras, dicere tuum figmentum & tua somnia esse spiritum uiuificantem, & quod manifeste legis, esse litteram occidentem? Quid me occideret ista littera, cum non occidat historia adulterij & homicidij Davidis? Ita tandem didicimus intelligere quod Paulus scribit. li  
teræ

terra occidit, spiritus uiuificat? Si itaque hoc loco allegoria delectaris, finite historiam integram. Historia est, Historia quod Abisag uirgo pulcherrima & calida, in qua ui- integra get caro & sanguis, copulatur quidem Dauidi, sed is seruetur. eam non cognoscit. Allegoriam hanc licet accipere uel aliã, quod senibus, si pijs sunt ut Dauid, cognita quidem est prudentia carnis, sed ei non innituntur. Quod si durius istud uidetur contra bonam Abisag, quando prudentia carnis infame est uocabulum, & res abominanda Deo, accipe carnis siue rerum mundi cognitionem, quæ non tam in senibus quàm in spiritualibus est hominibus. quam scriptura uocat scientiam, per quam intelligimus & dijudicamus de singulis quæ accidunt, ut scias in quo pecces, in quo non. quid sequendũ, quid fugiendum. Hæc norunt spirituales in primis tentationibus probati, & hæc alios docent, bonisq; consilijs intalibus præsent, sed tamen in his neque confidunt, neque confidendum docent. Id quod est habere Abisag, sed non cognoscere. Liberum hic tibi esto etiã aliud dicere, uel quod Hieronymus dixit, modo ex ista historia non facias literam occidentem.

## Adonias &amp;c.

Sex filij nati sunt Dauidi in Hebron. 2. Regum. 3.  
Ammon & Absolon perierunt, de Cheleab nihil potest  
egitur, ut uideatur hic Adonias nunc fuisse maior



**s ANNOTA. IN PRIMVM LIB.**

natu inter superstites fratres, quia reliqui filij Dauid, in quibus est Salomon, post nati sunt in Hierusalē. Hæc fiducia Adonias nemini deberi regnum post mortē patris quàm sibi putat. Nam & ipse sic infrà ca. 2. dicit. Tu nosti q̄, meum erat regnum &c.

Sine Dei uerbo im- pietas. Adonias sine iussione, sine uocatione, sine uerbo dei uult occupare regnū, quasi iure sibi debitū, tantum in hoc confisus q̄ maior natu est, q̄ diligitur à patre, q̄ curribus & equitibus incedit gloriosus, q̄ Ioab principem exercitus, Abiathar sacerdotē & oēs fratres filios os regis, præter Salomonem, sibi habet obnoxios. Atq; hic est impiorū affectus dum brachio carnis cōfidētes suæ causæ sunt securi, nihil interim ueriti Deū. Quin & hoc impietatis cui hic non subolet in Adonia, q̄ malum machinatur in Salomonē sanctum & innocentem & in matrem eius, uxorem patris dilectam, propterea fortē q̄ Salomoni à deo regnum parari uerebatur: quia impietate laborabat et Saul contrà Dauidē. Hoc enim uerba Prophetæ Nathan hic indicant ad Bethsabe. Salua, inquit, animam tuam filijq; tui Salomonis. Et uerba Bethsabe ad Dauid. Erimus ego & filius meus peccatores. Hæc itaq; est impiorū cæcitas, q̄ nō uidēt se pugnare contra deum, dum contrà eos pugnat quos deus uult honorare, quemadmodū suprà diximus in historia Saulis. Atq; ita suo studio ruunt in iudiciū dei ut pereant. Et tamen cū omnia intus sint infidelitatis plena, sacrificijs



crificijs & operibus externis, quemadmodū hic Adonias, se aliquid esse putāt in cōspectu dei, unde fit ut nihil aliud sint quā operarij iniquitatis, etiā dum optime operari uidentur. Iste Adonias est ex illis, de quibus postea dixit dominus per Oseā. Regnauerūt & nō ex me. Figura certē illorū qui hodie super soliu Dauidis, In obsequio id est, Christi sedere uolunt, & regnare cū impio Ioab, sors solij id est, brachio seculari, & cū impio Abiotharo sacerdote Dauid. id est, falsis & humanis doctrinis, confisi q; & prophana & sacra omnia eis cōsentiant, atq; adeo ipse Dauid, id est, Christus uel deus pater omniū, Fingunt enim sibi nescio quod ius, ut imperent nostris cōscientijs, cū tamen ne una quidem litera ex uerbo dei hoc suū probare possint ius, imō omnia præsumpserint sibi uerbo dei reclamante & impietatē eorum damnante.

### Nec corripuit.

Non est simile de Eli, quia Eli nouit impietatem filiorum, Dauid autem licet permiserit quædam dilecto filio quæ fuissent corrigenda, tamen ubi intellexit eum affectare regnum, statim emendauit errorem constituto Salomone rege &c.

### Dixit itaq; Nathan.

Quem deus regē uolebat quasi humanis suffragijs uidetur fieri rex. Nathan non reuelatione nunc diuina agit pro Salomone, & mittit primū mulierem ad regē,

Cōsilia ho qui & post dicit ad Dauid. Et mihi non indicasti &c.  
 minum ex Ut in hoc tam arduo negotio uideas nihil morari deū,  
 Deo, quid per quos & qua occasione efficiat. Humana rati-  
 tio hic aliquid tribuit industriæ hominum, sed pietas di-  
 cit, deus ita uoluit, deus dedit istas occasiones, deus im-  
 pediuit consilium Adoniæ &c.

Adorasset pronus in terram.

Nota hoc exēplū, ne alibi cogites istū honorē uel exhi-  
 bitū uel susceptū à nō sanctis. Hæc fiunt Dauidi à Na-  
 than Propheta. ut scias illud, Cui honorē, honorē &c.

Viuat. Id est, bene habeat uel salus sit ei &c.

Seruos domini uestri.

Id est, meos uel seruos regios, quod idem est.

Sic loquatur.

Id est, deus quoq; ita dicat quemadmodum tu Dauid.  
 Hoc est, deus tuum uerbum confirmet.

De tabernaculo.

Fortè illo qd' tetēderat Dauid propter arcē dñi in Hie-  
 rusalē. 2. Reg. 6. de quo & ca. sequēti in historia Ioab.

Et adorauit.

Heb. Et adorauerūt regē in lecto suo. Insup et hæc locu-  
 tus est rex &c. Grātiās agit Dauid, quia uidet sese non  
 abijci ut Saulem, ad cuius filios regnū non peruenit. In  
 quo & uidet p̄missionem sibi factam confirmari.

Adonias. Impij qui suis consilijs & humanis  
 fidunt

REGVM. CAPVT I. 11.

fidunt præfidijs, magna moluntur dum sibi aliquid esse putant, ubi uero uident suam prudentiam, & quod ipsi sine uerbo dei præsumpserunt, male cessisse, non norunt aliud quàm desperare, & produnt ipsi quid in animo habuerint. Quid enim hic tantum metueret Salomonem, frater fratrem, nisi sibi cõscius esset aliquid se mali in eum machinatum, ut supra dictum?

Cornua altaris.

Nulla lex indicat eum tutum fuisse, qui fugeret ad alta Confugiũ  
ad altare. re dñi si peccasset in legẽ ut iure occideretur. Quem enim dominus iubet secundum legẽ occidi, qui fieret ut eum altare domini contra dominũ defenderet? Vnde & hic Salomon pronunciat occidendũ Adoniã si morte quid dignum admisisse conuictus fuerit, & infra ad altare occiditur Ioab iubẽte Salomone. Tamẽ ubi cultus dei erat, metũ fuisse hominibus, ne etiã audirẽt noxios auferre uel occidere, et hãc uenerationẽ loco spõte habitam, indicãt uerba legis. Exo. 21. Si quis per industriam occiderit hominẽ & per insidias, ab altari etiã meo euelles eũ ut moriatur. Hinc et Athalia extra templum eijcitur occidẽda. 4. Reg. 11. Hinc & locum in quẽ conuenimus ad audiendũ dei uerbum et suscipiẽda sacramenta dominica, non conuenit foro similem apud homines haberi, non tamen ob hoc debemus loco sanctitatem tribuere, quam ei Deus non tribuit, quemadmodum

12. ANNOT. IN PRIMVM LIB.  
admodum urgent qui nostras conscientias elementis hu-  
ius mundi alligare uolunt.

De cornibus altaris uide Exo. 27.

## CAPVT SECVNDVM.

**D**avid moriturus, mandat Salomoni quæ recte &  
coram deo, & coram hominibus faciat, & Salo-  
mon iusta iudicia exercet in eos q̄ digni sunt supplicio.

### Confortare &c.

Vide hæc & Iosue primo, Intrepidum per deum uult  
principis animum, ut absq; hominum timore pergat in  
eo quod rectum nouit, & Deo placere. Alioqui quid  
aget pro uiduis & adflictis, si personas metuere cœpe-  
rit, & non potius deum conscientie asidentem, secun-  
dum psalmum. Deus stetit in synagoga. &c.

Obserua. Iuxta illud. Primū querite regnum  
dei & iustitiam eius. Necessaria certe ista admonitio,  
quàm enim obsuerint toti regno impij principes, &  
quàm omnia secum ad tartara traxerint, tota sequens  
historia declarat. Sicut scriptum est.  
Vult eum legere Deuteronomium, quemadmodū regi  
præceptum est. Deut. 17. quod mandatum primum ac-  
cepit Iosue, ut legis Iosue. 1.

### Vt intelligas &c.

Summe



Summe nota quod non intelliges quæ facis, utrum pecces in eis an non, utrum placeant deo an displiceant, nisi ex uerbo dei doctus sequaris quod deus iubet, ut præcedentia habent, quæ admodum & Christus dixit Ioan. 8. Si manseritis in sermone meo uere discipuli mei eritis, & cognoscetis ueritatem et ueritas liberabit uos &c. alioqui si hic te tuæ prudentiæ commiseris forde in omnibus errabis.

Vnde operum bonorum certitudo.

### Vt confirmet.

Sub conditione adiecta promiserat illi Deus etiam de carnali regno, quod sessuri fuissent filij David super iherusalem usq; in finem mundi, nisi per impietatem recessissent à deo, quæ admodum & infra uides cap. 5. & 2. Para. 7. Sed cur promiserat deus quod sciebat non futurum? Respondeo. Cur promiserat etiam Adæ uitam quem sciebat ruiturum in mortem? Tamen ex his uoluit ostendere nobis deus quàm ex mera misericordia saluemur. Nō enim magis conditiones adiectas et leges seruare possimus ac illi. Vnde nisi remittat deus, & tegat, et non imputet peccata nostra, quæ admodum est in psal. 31. non est nobis salus. Nōne & nobis conditio adiecta est. Si uis uitam ingredi serua mandata dei?

Vias meas. Vt non faciant quod ipsis reatum uidetur quemadmodum uetat lex.

Coram me in ueritate &c. Id est, non per hypocrisim



hypocrisim & simulationem legis.

Tu quoq; De Ioab diximus libro. 2. cap. 13. & ca. 20. De Berzellai libro. 2. cap. 19. Vult eius filijs rependi beneficium &c. De Semei. 2. Reg. 16. & 19. Vide quæ illic diximus. Quod si urges quod Dauid male fecerit iubendo occidi cui iurauerat per deum uitam, dico hoc ipsum esse quod primo libro & alibi de iuramentis & uotis diximus ( ni male meminero ) in histo-

Vota san-  
ctorū legi  
dei nō præ  
feruntur.

ria Dauid & Nabal, nempe sanctos sua uota & iuramenta, si in aliqua forte incidrint, non præferre legi dei. Dauid beneficio dei restitutus in regnum, obuium habuit Semei suppliciter deprecantem culpam. Hic iuravit Dauid se non occisurum eum, ne, quemadmodum dicebat, tunc sanguis effunderetur quando salus toto Israëli per deum contingeret. Seruabat ad tempus iuramentum, ne passim regis exemplo nomen Dei in uanitate assumeretur, tamen semper uidetur Dauid postea habuisse conscientiam, quod non debuisset illi iurare, quem iam sciebat oportere occidi, quia in regem & in deum blasphemauerat contra legem. Vnde moriturus agnoscit potius præstandam legem dei quam suum iuramentum. Tamen ne hic ab illis, qui sunt huius libertatis ignari, putetur aliquid fieri contra illud. Non periurabis &c. ( debemus enim providere bona non tantum coram deo, sed etiam coram omnibus hominibus ) Dauid committit rem prudentiæ Salomonis. Vnde Salomon eum qui dis-

gnus

REGVM CAPVT I. 15.

gnus erat morte grauat lege certe non graui, quam iudicio dei transgrediens, accipit primum suae iniquitatis mercedem, id quod sic ait Salomon. Reddidit dominus maliciam in caput tuum &c. Hic ita confitendum coram domino. Domine deus ego quidem iuravi, sed quando tua lex, tuum uerbum aliud requirit, sit omnis homo mendax, ut tu iustificeris in sermonibus tuis & uincas cum iudicaris.

De ciuitate Dauid uide lib. 2. cap. 5.

Adonias, ut supra dictum, iusto dei iudicio perit dū contra animam suam, ut ait Salomon, petit uxorem sibi eam quae fuerat patris uxor, licet patri incognita. Videtur & per hoc insidiatus Salomoni à deo electo, id quod subobscure indicat Salomon ad matrem, pete, inquit, ei & regnum &c. Hic rursus nota quod sancti *Intercessio qualis.* reijciunt suas promissiones & uota ubi uident pugnare cum lege dei. Vnde Salomon qui promiserat matri. Pete mater mea, neq; enim fas est, ut auertam faciem tuam, occidit eum pro quo mater rogauerat, neq; matris, neq; fratris, neq; suae promissionis hic habuit rationem ubi diuina lex aliud urgebat. Porrò non opus est hoc loco indicare, quàm ineptiāt qui ex ista Bethsabe, faciunt Mariā dei genitricē cui uerus Salomon, id est, Christus nihil neget, quando pro nobis intercedit. Certe nolo pro me intercedi ut occidar &c.

Qui

## Qui fecit mihi domum.

*Facere domum.* Quid sit dominū facere domū, uide in interpretatione D. Martini, in psal. Nisi dñs edificauerit domū &c.

**Abiathar.** De abrogatione huius sacerdotij diximus. 1. Regum. 2. Anathoth est una ex ciuitatibus datis leuitis, Iosue. 21. Vnde Hieremias quoq; scribitur unus esse ex sacerdotibus qui erant in Anathoth.

Quia portasti &c. Vide qui uenerit Abiathar ad Dauid. 1. Reg. 22. qd' portarit arcā, uidet. 2. Reg. 15.

## Venit autem nunciū.

Heb. Et hoc nunciatum est Ioab, quia Ioab adhaerebat Adoniae & non Salomoni, fugit Ioab &c.

## ALLEGORIA.

*Regnum Dauidis et Christi.* Plane regnum Dauidis est regnum Salomonis. Nam deus promiserat sese in æternum cōfirmaturum sedem Dauid, sed Dauid Christum significabat pugnantem uerbo Euangelico, Salomon Christum iam quiescentē & regentem in cordibus per Euangelium, illius gladius erat super scæmur. Huius sceptrum æquitatis est, quemadmodum hæc duo, Psalmo 44. dicuntur. Sed ad sceptrum hoc, sine gladio non peruenitur, hinc est hoc cruentum contra noxios regni Salomonis initium, quod hoc cap. describitur. Aut si mauis, Dauid significat Christi regnum in terris quando nunquam a pugna cessatur. Salomon autem Christi regnum glorificati in omnibus

REGVM. CAPVT III. 17

in omnibus suis membris, quod uidebimus in nouissima resurrectione, sed hoc regnum à iudicio incipiet & damnatione impiorum, quemadmodum & hoc regnū Solomonis, secundū illud Psalmi. In matutino interficiam omnes peccatores terræ, ut disperdam de ciuitate domini omneis operarios iniquitatis. Quod uerò Salomon ad finem uitæ cadit à pietate, à sapientia, à pace, à gloria, necessariò fit, deo pro nobis ita agente, ne putarentur promissiones & prophetiæ Dauidi & regno illi factæ, in Salomone completæ, quæadmodum haud grauatim etiam hodie ineptiunt impij Iudæi &c.

CAPVT III.

**S**upra robur animi uidimus in Salomone ad iudiciū impios sine metu, hic autem sapiētiam à deo datam, illud sine hac temeritatem pareret, & hæc illi suggerit quid faciat. Vtrumq; necessarium omnibus, in primis uerò principibus.

Et affinitate &c.

Prohibitæ sunt alienigenæ foeminae Cananæorum Israëlitis, Exod. 34. Deute. septimo, & Moabitæ & Amōnitæ nō ingrediuntur in ecclesiam Dei, etiam post decimam generationē, Deut. 23. Quod si etiam de foeminis intelligas, non licuit etiam Moabitas & Amonitas accipere. De Idumæis uerò & Aegyptijs ibidē dicitur.



28 ANNOT. IN PRIMVM LIB.

Nō abominaberis Idumæum, quia frater tuus est, Nec  
 Aegyptiū, quia advena fuisti in terra eius. Vnde Salo-  
 mon potuit accipere filiā Pharaonis, sed cōuersam ad  
 Iudaismū. Alioqui filij Israël ab oībus abstinebāt mulie-  
 ribus alienigenis, ne per ipsas cor eorū auerteretur ad  
 deos alienos, ut uides in fine Neemiæ, & Salomon per  
 illas seductus fuit, ut infrā cap. 11. ubi cum reliquis accu-  
 satur quoq; de ista, q̄ amorem mulierū prætulit amorī  
 dei & impie desipuit. Igitur hic ista cū filia Pharaonis  
 exordia nō statim accusabis peccati, quādo uides Salo-  
 monem piū describi, & à deo uehemēter amari. Dis-  
 pensatū enim est quādoq; de hac lege, ubi caussa que  
 fecerat legem nō timebatur adesse. id est, ubi nō erat pe-  
 riculum ne uxor traheret maritum ad idolatriam. Sic  
 Booz accipit Ruth Moabiten, que est in linea Christi  
 apud Matthæū, Quin & alia etiā lex permittit alieni-  
 genam nō Cananæam sub cōditione & c. Deut. 23.

Lege di-  
 spensatū.

A L L E G O R I A.

Christus ex gentibus accipit uxorem, qui non uenit uo-  
 care iustos sed peccatores.

Excepto.

Nā in uno loco debebat imolari electo à deo, Deut. 12.  
 qui iam primum sub Dauide erat reuelatus, q̄ foret in  
 Hierusalē. Vnde interim nō indigne tulit immolationē  
 alibi factā dominus, quē admodū diximus hac lib. 1.

In Gabaon.

TUNG



Tunc erat tabernaculum domini quod fecerat Moses.  
2. Paralip. primo.

## Mille.

Hic uides pietatē Salomonis & sapientiā à deo datā.  
Habes itaq; hic egregium exemplū eius quod Christus  
dicit. Primū querite regnū dei & hæc omnia adijcientur  
uobis. Itaq; & tu in quacūq; tua uocatiōe præsto  
in solitudine, ut postules à Deo sapientiā, qua primū  
rectum sit apud Deum cor tuū, & deinde sic præsis, ut præsis ut  
prosis omnibus qui tibi commissi sunt.

## Per somnium &amp;c.

Somnijs nō est credendum, Deut. 18. Quando uero per  
somnia deus tibi aliquid reuelat, tūc dat seorsum som-  
nij intelligentiā, tunc nō tam somniū est, q̄ reuelatio di *Somnium*  
uina. Num. 12. Sic Daniel dixit, In uisione opus est intel-  
ligentia. Sic Ioseph reuelata sunt somnia. Sic et hic in-  
frā dicitur, Euigilauit Salomō, et intellexit q̄ esset som-  
niū, Quāuis si Hebræū inspicias, significetur Salomo-  
nē intellexisse, q̄ uiderat nō fuisse rem ipsam sed som-  
niū. Veritas tamē statim describitur secuta in sapiētissi-  
mo de duabus meretricibus iudicio. Et infrā cap. 5. dici-  
tur. dedit dñs sapientiā Salomoni sicut locutus est ei.

## Introitum &amp; exitum,

Vocant Hebræi, cōuersationem hominis, Latini uocāt  
domi & foris agere, Psal. Dominus custodiat introi-

20 ANNOT. IN PRIMVM LIB.  
tum tuum & exitum tuum.

Cunctis retro diebus.

Heb. in tuis diebus uel temporibus.

Dux mulieres.

Sapientiam Dei datam Salomoni hoc iudicium declarat, quemadmodum & uides in fine capituli, sine hac sapientia infelices sunt reges & regna. Non potuit hic Salomon secundum legem ex ore testium iudicare, nec cordis occulta nosse dabatur, respexit igitur in opus Dei quod Deus in materno affectu creauerat, & finxit, non ut falleret, sed ut falsum pro ueritatis defensione deprehenderet. Despectum quidem interim, dum Salomon iubet occidi infantem, uidebatur hoc iudicium, sed statim uisum est nullum iudicium potuisse fieri sapientius & melius. Itaque dum non potest habere testes homines, ita agit ut Deum habeat testem, cuius opus experitur in affectu materno. Quid hic profuissent scholastici theologi cum suis uniuersalibus & speculationibus? Feliciores sunt qui naturas rerum expeririuntur, certiori enim sunt in iudicandis affectibus iudicio, sed tunc cum sapientiam acceperint à Deo, unde discite ueram sapientiam esse qua primum pius sis in Deum, deinde consilio prodis hominibus, quicquid præterea sapientiã uocaueris stulticia est apud deum & peccatis generis humani, siue spirituale siue seculare dixeris nihil intererit. Habent & hic exemplum iudices ut  
examinant

Sapientia  
uera quæ  
sit.

examināda sit diligenter caussa quæ incognita est, quæ  
admodum & in Deut. nonnunquam diximus.

## ALLEGORIA.

Due meretrices sunt ecclesia & synagoga, id est, ue-  
ra pietas & hypocrisis, omnes enim peccauerunt & & syna-  
goga regent gloria Dei, sed illa sanctificatur, ista in peccatis  
usq; manet, dum sanctificari quæ est absq; fide non po-  
test. Hæ pariunt fructus suos, id est, doctrinam & opus  
inde secutū, simul in una domo, quia ambæ uolunt es-  
se ex una familia dei, & semper contendunt coram Sa-  
lomone, id est, iudice Christo, dum hæc dicit suam do-  
ctrinam & opera uiuere, id est, esse bona & pertinere  
ad uitam æternam, illa cōtrā sua uiuere dicit. Hic pie-  
tas contenta iudicio dei cedit contentioni dicens cum  
Paulo. Quocunq; modo annūcietur Christus gaudeo,  
modo meus filius non occidatur, id est, doctrina unde  
opera bona fluunt non falsificetur: quod si uidero in-  
tentari filio mortem irruam in gladium, ut testatū re-  
linquam, hunc esse fructum uerū quē Deo genui &c.

Contrā impietas siue hypocrisis ubi iudicata cœpe-  
rit diffidere caussa, dicit cum fatuis uirginibus, Date  
nobis de oleo uestro quia lampades nostræ extinguuntur.  
Sed uerus Salomon Christus adiudicat fructum ui-  
uum illi in qua uidet affectum cordis moueri, id est, ue-  
ram cordis fidē, altera sua hypocrisi & mendacio con-  
funditur, &c.

**A**D sapientiam quoq; Salomonis attinet totū regnum, & suam quoq; domum prudenter administrare per prudētes præsides, doctos sacerdotes, gnaros & economos. Vnde infra cap. 10. de regina Saba scribitur. Videns autē regina Saba omnē sapientiam &c. Qui principes per deū nō sunt sapientes tales sibi prouisores nō habent, sed impios nebulones, adulteros & raptores habent sibi à consilijs, & hypocritas rudesq; asinos à sacris, super tributa uero et annonam tales constituunt, per quos omnia pereunt, & tandem neq; regnum rex habet, neq; pecuniam neq; cibum neq; pacē, quia uera sapientia abest dū regnat stulticia & impietas. Providentia ista & sancta prudentia fecit, ut cum tanta copia aula adueheretur, non tamen aliquid subditis deesset, sed diuitijs omnia abundarent.

**Benhur Bendeker &c.**

Ben reddi debebat filius, ut filius hur, filius deker, filius Hefed &c.

**Nephador,**

Potius principatus Dor.

**Vsq; Abelmehola.**

Potius usq; ad planiciem uel campum Mehola.

**Auothiair,**

Deut. 3. potius uillas lair.

Fere



Fere, Omnia ista loca habes in Iosue.

Iuda & Israel.

Hoc est quod supra diximus, q. cū tantus luxus illic esset, tamē omnia abundabant, & quisq; pace gaudēbat deo curante pro eis, dum nō abijciebant timorem eius, &c. Hec leticia & pax, Hic luxus etiā sepe in Prophetis promittitur ijs, qui nō cōtemnunt uerbum eius, pax fide tantum abest ut in talibus sit peccatum, id quod tamen monachi hactenus mūdo persuaserūt. Diximus hac de re in Deut. quādoq;. Qui uoluptatē suā sub specie abstinentiæ sequūtur, indignātur nobis ad tales sentētias, cur nō indignātur et Prophetis, atq; adeo et deo, quando illi promittūt, & hic dat. Ceterū sciant nos per deū non ignorare quod Christus monet, Attendite ne corda uestra grauentur crapula & ebrietate &c. Non tamen inde efficiant ut faciamus peccatū in creaturis bonis, quas creauit deus &c. consentientes doctrinis dæmoniorū, in hypocrisi loquentium mendacium &c.

Aduerte hic, q. etiā Iuda & Israël dicti sunt ante regni diuisionem. Sic & in Psal. In exitu Israël &c. factus est Iudas sanctificatio eius, Israël potestas eius.

Omnia regna.

Vide lib. 2. ca. 8. et quæ in Deut. diximus, q. Dauid accepit omnē terrā patribus à Deo promissam, & Salomon omni pace possedit, ut ueritas uerbi dei uideretur etc.



## Trans flumen.

Scilicet quod erat in terra Philistijm. Et intellige trans flumen uersus terrā Canaan, in qua habitabat Israël.

## Habitabatq̄.

Ita Hebræi describunt pacem temporalem, ad quam al ludunt prophetæ, dum pacem mentis siue spirituales significat, ut uides Micheæ. 4.

## Dan &amp; Bersabee.

Duo termini regni iudæorum sunt. 1. Reg. 3.

## Quadraginta milia equorum &amp;c.

**Equites** Videtur & hoc contrā legem Deute. 17. Sed quis au-  
**Solomo** debet ita pronunciarē contrā eum cuius pietas hic &  
**nis.** sapientia à Deo data describitur? Aut ergo hoc pecca-  
 tum dissimulauit in sancto deus & non imputauit, aut  
 quod credo, peccatum non erat, quando lex non sim-  
 pliciter uidetur prohibere equorum multitudinē, sed  
 ne si rex multis equis tentet reducere populum in  
 Aegyptum, id quod Solomon non fecit.

**Dona dei.** Dedit sapientiam, qua agnoscitur deus, & pruden-  
 tiam uel intelligentiam, qua cætera gubernantur, & la-  
 titudinem cordis, id est, liberum animum, quo omnia li-  
 berrima corā Deo conscientia aguntur. Maiora ho-  
 mini dari non possunt, rari accipiunt.

De Etham et Heman psalmistis et pphetis, in Paralip.

## Tria milia parabolas.

Ex quibus

Ex quibus hodie supersunt parabole Salomonis.

Carmina quinq; milia.

Ex quibus tantum supersunt Cantica canticorum.

Et disputauit.

Ex his nihil reliqui nobis uenit, quæ utinã haberemus.

A cedro &c. id est, de oibus arboribus, à maximis usq;  
ad minimas, nisi etiã intelligas de herbis disputare &c.

ALLEGORIA.

Ad latitudinem huius regni & ad muncra oblata allu-  
ditur Psal. Deus iudicium &c. ubi regnum Christi de-  
scribitur, in quo est sapiētia uera, pax & latitudo cor-  
dis, in quo sunt consiliarij & principes spiritu sapien-  
tes, qui fidele possunt dare consiliũ, ubi non habent do-  
mini præceptum, qui & cibum uerbi Dei habent, con-  
stituti super familiam Christi, ut dent singulis suo tem-  
pore tritici mensuram. Matth. 24, & Lu. 12.

CAPVT V.

Quod per omnẽ uitam tantũ ædificat Salomon, Salomonis  
pax eius indicatur, Quæ David manu per Deũ structuræ-  
robusta acceperat, Salomon in pace guber-  
nat et munitissima reddit, Ut uideas regnum Christi in  
illis cordibus significari, ubi per Euangelium Sathanæ  
tenebræ expulsæ sunt. Alioqui quid est ædificatio tẽpli  
aliud, quàm ædificatio ecclesiæ? Templũ enim dei san-  
ctum est quod estis uos, ait Apostolus, Aedificamur ut

26. ANNOT. IN PRIMVM LIB.

pergamus ex fide in fidē, donec occurramus Christo in  
uirū perfectū &c. De qua ædificatiōe Ephe. 2. 1. Pet.  
2. Gētes uerò ad hāc ecclesiā pertinere ex hoc declara-  
tur, q. ligna, lapides, artifices et operarij ex gētibus pe-  
tūtur, sine gentibus istud templum ædificari nō potuit.  
Quin & operarij ex Iudæa missi ex proselytis sunt, ut  
uides. 2. Paralip. 2. et. 8. Qui uerò his præficiēbātur ex  
Iudæis erāt, qui reliquias Iacob significabant saluatas,  
que missæ sunt ad gētes docendas. Hastenus taber-  
naculū Moses fuerat quod trāsferēbatur in figurā ab-  
olitionis legis per Christū futuræ, ad quod cōstruendū  
nulla gētibus manus uenerat. Nūc tēplum à Iudæis &  
gētibus per sapientiā Salomonis ædificatur, quod trās-  
ferri in aliū locū nō pōt, ad qd' allusit Esaias cap. 33. cū  
de ecclia loqueretur. Oculi tui uidebūt Hierusalē etc.

Misit.

Scilicet ut per seruos nuncios gratularctur Salomoni  
regi, quemadmodū Dauid misit ad Anon. 2. Reg. 10.

Amicus. 2. Regum. 6.

Sathan.

Idest, cōtradiCTOR, occursus malus, id est, impedimētū.

Filius tuus.

Vide quæ dixi. 2. Regum. 7.

Sidonij sub Tyrijs sunt. Sunt enim Tyrus & Sidon  
ciuitates maritimæ in termino Iudææ.

Benedictus

**Benedictus.** Vides à gentibus tunc agnitum nomen Dei, quoniam hoc quod deus constituit & dat reges & regna. Sic & Abimelech, sic & Pharaon in Genesi agnoscunt deum. Vide que dixi, forte. 1. Reg. 30. aut alibi, ubi puer Aegyptius dicit, iura mihi per deum &c.

**Decem milia per singulos menses &c.** Heb. Decem milia post duos menses, ita ut uno mense essent in Libano, & duobus mensibus domi. Verum eadem erit cum latina translatione sententia.

**Latomorum,** Heb. Aedificantium, uel ad edificium materiam parantium.

**Lapides,** Lapis fundamentum Christus est, cui adherent Apostoli & Prophetæ, Ephe. 2. & nos lapides uiui super aedificamur. 1. Petri. 2. ex Esaia &c.

**Quos dolauerunt &c.**

Heb. Et aedificatores Salomonis & aedificatores Hiram, et qui in finibus illis erant coeperunt parare ligna & lapides ad aedificandam domum. Ezechielis quoque 27. biblios transtulerunt, nescio quare.

**Fuerunt.** Isti duo numeri simul coniunguntur ut sint CL. milia. 2. Paralip. 2. Quod uero alioqui hic & in paral. tibi dissonare uidetur de numeris istis, intelligere licet, iam plures iam pauciores illic fuisse, cum per tantum tempus laboratum sit. &c.



**Q**uia iam fundamentum Christum nouimus cui in-  
nituntur Apostoli & Prophetae, & quotquot  
prædicationi eorum consentiunt, unde sur-  
git ædificium sanctum in domino, id est, templum quod  
est ecclesia sanctorum, facile uidebimus, quid ea quæ hic  
describuntur sibi uoluerint, nisi ignoremus quid in Chri-  
stianis sit & agatur.

Primum uero describitur tempus ædificationis. Hic,  
ne quid erres, sic construe orationem. In anno quarto  
regni Salomonis super Israël, mense Sif, ipse est mensis  
secundus, ædificabatur domus domini &c. Primus mē-  
sis apud Hebræos est mensis Paschalis, Exo. 12. magna  
eius pars ad Aprilem nostrum pertinet, quia lunatio-  
nem respiciunt Hebræi, quemadmodum et magna pars  
mensis secundi ad nostrum Maium pertinet. &c.

Quæ ad figuram externam templi attinet facile uir-  
des in pictura translationis D. Martini. Postquam autē  
nouimus Salomonis templum esse Christi ecclesiam, sci-  
re quoque oportet quod ea uerbo ædificatur. Idcirco  
omnia ad uerbum recte retuleris, & ad uerbi ministe-  
ria, præter hoc quod Christus hic est fundamentum, tes-  
tum siue caput, munitio quæ concludat omnia in tem-  
plo, ipse enim est caput ecclesiæ & omnia in omnibus.  
latitudo quidem, longitudo et altitudo ecclesiæ orbem  
terrarum occupat, quæ ad latera aquilonis cœpit ædi-  
ficari, ut dicitur psalmo. 47. & in omnes gentes propa-  
gata

Templum  
Solomo-  
nis.

gata est. Esa. 60. sed Christus implet omnia, sine cuius spiritu non est ecclesia, quemadmodum Esaie 6. dicitur. Domus erat plena à maiestate eius, & quæ sub ipso erant implebant templum. Vnde & in psalmo, Domine dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in uniuersa terra, quoniam eleuata est magnidecentia tua super coelos. Ex ore &c. Item, Quoniam magnificata est usq; ad coelos misericordia tua, & ueritas tua usque ad nubes.

Templum primum habebat porticum, quam porticum Salomonis appellauit Ioannes cap. 10. in qua cum alijs, tum ut credo, quando pontifex sanguine expiabat templum & sanctum sanctorum, semel in anno, stabat populus, sicut et in tabulatis tribus templo adiectis, & forte etiam in medio coenaculo & tertio templi, quando non licebat ob coeli intemperiem stare sub diuo in atrijs, præceptum enim erat, ut nullus tunc esset præter pontificem in tabernaculo, Leuitici, 16. Vnde de hora illa incensi omnis populus erat foris, Luc. 1. Deinde erat sanctum quod uulgo templum uocabant, in quo erat oblatio thymiamatis in altari aureo, mēsa panum, & lucernæ aureæ, de quibus infra dicemus. Hic locus patebat omnibus mirabili gloria coram mundo cōspicius, ut hic uides. Tertio erat sanctum sanctorum, quod oraculum quoque uocant, nihil lucis mundanæ habens, in quod etiam introspicere non licebat.

bat, & cum hic nulla uideretur gloria, tamen hic uel  
 sola gloria erat, sine qua cætera fuissent fucus & hy-  
 pocrisis. Nam hic erat arca continens tabulas scriptas  
 digito Dei, que per se speciem habet ecclesiæ continen-  
 tis, uerbum Dei, quam tegebat propitiatorium, cinctū  
 corona aurea, id est, Christus rex & caput ecclesiæ et  
 protector, super quod secundum promissionem Exo. 25  
 & 29. sedebat Deus, & docebat, & exaudiebat.  
 Cantabatur quidem & orabatur in templo illo glorio-  
 so, sed respiciebatur ad tenebras illas sanctas, ubi à  
 Deo cantus & oratio exaudiebatur. Duo Cherubim  
 quoq; illic erant quasi uolātia, quæ duo testamēta sunt  
 de quibus in Psal. dicitur Velociter currit sermo eius,  
 quæ parietes tangunt, quia ad fines orbis terræ audi-  
 ta est uox eorum. In medio coniunguntur alis, quia  
 mutuam sibi præbent operam, & uersis ad propitia-  
 torium uultibus in Christum respiciunt. Porticus igitur  
 & deambulatoria externa & atrium pædagogiam  
 significant, qua continentur & urgentur paruuli ut  
 ueniant ad Christum. Sanctum mortificatio est, quia  
 iam includitur populus intus in templo, donec reuelen-  
 tur quæ intus latent in sanctis sanctorum. Sanctum san-  
 ctorum Euangelium, & regnum cælorum, in quo nul-  
 la lux rationis & sapientiæ humanæ, sed deus lux est.  
 Esaiæ. 60. ubi Deus ipse est cum omnibus suis sacris,  
 sed non uidetur à mundo, Ingre dimur uero, postquam  
 pontificis

REGVM CAPVT V. 31

pontificis nostri Christi sanguine uia patefacta est. Vi-  
de epistolā ad Heb. Hic sola exauditio est & propitia  
tio à peccatis, reliqua figura tantum fuerunt &c.

Fenestrae templi sunt prædicatio uerbi, secundum  
illud, Lucerna pedibus meis uerbum tuum &c. Et in  
Esaia. quasi columbæ ad fenestras suas. Omnis gloria  
templi quid esset sine istis fenestris, id est, lumine?

Per gradus ascenditur ad altiora & latiora tabula-  
ta uerbo enim proficitur, ut ad maiorem animi latitudi-  
nem per deum ascendas, donec uenias ad tectum, id est  
caput Christum.

Lapides dolati atque perfecti sunt uere Christiani,  
ex quibus constituitur ecclesia, idcirco non auditur illic  
malleus, securis aut ferrum aliud, id est, Christiani nõ  
contendunt in iudicio aut gladio pugnant &c.

Ostium in medio lateris dextri Christus est. Ioan. 9.  
Quis enim sine eo ingredi poterit. &c.

Parietes sunt lapides uiui. 1. Petri 2. sed teguntur  
ueste nuptiali, cedro & abiete, lignis non solum in ari-  
do imputribilibus sed etiam odoriferis, quemadmodum  
sponsa dicitur referre odorem uniuersorum lignorum  
libani, Canticorum. 4. Christi enim bonus odor su-  
mus Deo in omni loco. 2. Cor. 2. qui per nos odorem  
sue noticiæ manifestat. Ligna hæc teguntur auro  
mundo, Non enim aliud in hoc templo conspicitur,  
quàm mera uerbi Dei sapientia in uno sensu, quia di-  
uersa



uersa non sentiant cōcordes Christiani, id quod significatur, quod omnia uno auro tecta sunt, etiā pauimentum, licet diuersæ cælaturæ & picturæ appareāt, quæ sunt uaria dona & ministeria in ecclesia. 1. Corinth. 12. Ephe. 4. Hæc omnia ita dicuntur Psal. 44. Myrrha et gutta & casia &c. Astitit regina à dextris tuis in uestitu deaurato, circumamicta uarietate. Omnis gloria filie regis abintus &c.

### Textit quoq; domum &c.

Hebr. Textit quoq; domum cedris, tam ad laquearia, quàm ad parietes, & ædificauit circumferētiā suprâ totam domum altitudine quinq; cubitorum &c. quæ admodum & lex quoq; mandauerat de alijs domibus. Vide quæ dixi. 2. Regū. 11. Caput ecclesiæ Christus est, hic quoq; circumferētia & protectio est ne decidat ab ipso in mortem, & planè hic tectum cum circumferētia est idem quod propitiatorium super arcam cū corona aurea &c.

### Domus hæc sit quam ædificas.

#### Si ambulaueris &c.

Vides quod dominus ipse interpretatur spirituale Dei domum. Vnde & Paulus de nobis repetit ex lege. Quâ inhabitabo &c. 2. Corinth. 6.

#### Et fecit interiorem.

Hebr. Et fecit interius domum oraculi & sanctum sanctorum.

Porro

## Porro oraculum &amp;c.

Heb. Porro ante oraculum, quod longum erat uiginti  
ulnis uel cubitis, latum uiginti ulnis, & altū uiginti ul-  
nis, & contextum auro puro, textit altare cedro. Do-  
mum quoq; interius operuit auro puro, & uestes au-  
reos fecit ante oraculum quod auro contexerat, ita ut  
tota domus auro tecta fuerit. Sed & totum altare an-  
te oraculum textit auro, &c.

Oraculū.

Hoc altare est altare thymiamatis, de quo præcipi-  
tur Exod. 30. In quo mane & uespere offertur perpe-  
tuo thymiana, & super cornua eius pontifex semel in  
anno placat oratiōe dominū cum sanguine illius, quod  
oblatum est pro peccato. quemadmodum fecit Zacha-  
rias Luc. 1. ubi scribitur angelus stetiſſe ad dexteram al-  
taris incensi, Thymiana incensum, est oratio fidei qua  
nos et alios offerimus deo in odorem suauitatis, quem-  
admodum in Psal. Dirigatur domine oratio mea sicut  
incensum in conspectu tuo, Et Apoc. 8. &c. Que ora-  
tio non est accepta nisi in hoc altari quod est Christus,  
Petite, inquit, in nomine meo. Iccirco hoc altare consti-  
tuitur ad ingressum sancti sanctorū &c. Christus enim  
est propitiatio nostra, que in sanctis sanctorū comple-  
tur &c. uestes autem aurei ante oraculum sunt mini-  
stri uerbi, prædicantes purum dei uerbum ut ingredia-  
mur in mysteria sancti sanctorum. Postes & ante ora-  
culum & ante templum, in quibus pendent ostia, sunt

Altare.

Thymia-  
ma.

ijdem ministri uerbi, qui prædicat Christum per quem ingredimur, quando quidem ipse est ostiū. Duplex ostium est, Nam ad dexteram Christi omnia suauia uidentur, dum peccatores recipit, & Euangelio pascit, Ad sinistram Christi omnia amara, dum nihil nisi crux uidetur, sed tamen ita ingredimur in sanctuarium Dei. Quod uerò ex oliuis postes fiunt, idem est cū eo quod diximus de cedro & abiete.

Sed et pauimētum domus textit aureis laminis. Heb.

[Postesq; angulorum quinque,] id est, quinquagulares.

Opere quadro ad regulam.

Hebr. Ita ut mandatum erat, id est, sicut præscripserat ei Dauid ex reuelatione diuina. ut supr à dictum.

Atrium.

Atrium, quod uocat, erat magna arca circum templum, quemadmodum nostra cæmeteria, Interius autē uocat, nō quod esset in templo, sed quod pertineret ad templum, & cinctum erat muris ex lapidibus sectis & dolatis cedris, ita ut tria atria uiderentur, nō computata parte quæ muris tēpli erat cōtigua. Nam erecti erāt tres ordines lapidum politorum, ut separarentur à se partes atrij, Extrema uerò pars cincta erat uno ordine cedrorum dolatarum, quæadmodum ex Heb. in sequenti ca. uides, ubi atrium domus Salomonis scribitur simile

simile esse atrio domus domini. Pertinet autem atrium  
 istud magnum etiam ad pædagogiam, de qua supra di-  
 ximus, quando de tribus templi partibus dicebamus.  
 hic enim erat mare æneum, quo lauabant se sacerdotes  
 accessuri ad ministeria, quo uerbi lauacrum significa-  
 batur, ut possent quoq; hostias, id est, homines deo offe-  
 rendos lauare in luteribus ad dextrum angulū templi  
 & ad sinistrum positis, id est, eodem uerbo uita, Ephe-  
 si quinto. Nam quidam lauantur ad dexteram, dum  
 suauī prædicatione trahuntur, ignorantes tamē adhuc  
 crucem secuturā. Alij ad sinistram, qui sua quidem iam  
 mala sentiunt, licet ignorent se totos esse peccatum, nā  
 de pædagogia adhuc dicimus, in qua adhuc ceremo-  
 nijs & lacte opus est. Huc pertinet, q̄ illic lebetibus, ba-  
 tillis, peluibus ex ære factis, & igni res agebatur ad pu-  
 rificandum & coquendum hostias. Hic quoq; erat al-  
 tare holocausti secūdum legem ante porticum, ut uides  
 2. Para. 8. Quin & cum hoc altare non satis esset ad tā  
 multa holocausta, Salomon sanctificauit medium atri-  
 um ad holocausta & sacrificia. infrā capite. 8. Ut tan-  
 dem nos totos permittamus deo, et incēdamus in<sup>o</sup> odo-  
 rem domino suauissimum, dum omnia nostra in cine-  
 rem redigūtur, ut soli deo maneat gloria, & nos à fidu-  
 cia nostri cadamus, Hæc mortificatio postea cōtinebit  
 in templo, ubi, id est, in quo templo, est mensa aurea, cō-  
 tinens panes semper conspicuos, quos propositionis



Ministeria uerbi. panes uocant, id est, uerbum quo nutriti, postea nõ de-  
 ficiamus, secundũ illud, Paraſti in conſpectu meo men-  
 ſam &c. Eſt & illic altare thymiamatis, ut accedas  
 oratione ad deum, ut ſuprà dictum. Sunt quoq; lucer-  
 næ ad dextram & ad ſiniſtram altaris huius, ut uerbũ  
 ſit lux tua, ſiue conſolatione ſpiratus fruaris liberatus  
 à tentatione, ſiue adhuc in medijs tentationibus agas.  
 Hæ lucernæ ornatae ſunt aureis floribus, lampadibus et  
 emunctorijs, quæ uaria dona et ministeria in uerbo in-  
 telligas licet, Nam non dubium eſt hic uerbum ſignifi-  
 cari, quemadmodũ de fenestris ſuprà diximus. Ad hæc  
 ministeria uerbi, propter illos qui iam ingreſſi ſunt tem-  
 plum domini, pertinent pateræ, catini, pelues, cochlea-  
 ria, ſartagines, uel ad edendum in loco ſacro uel ad of-  
 ferendum thymiana & reliqua incenſa, omnia ex ara  
 ro facta, cum ea quæ in atrio ſunt arca ſint. Vides itaq;  
 quãtis opus ſit miniſterijs uerbi, imò operatione dei,  
 ut poſſis tandem, abiecta omni tui fiducia, & in quo ſi-  
 dunt homines, ingredi in ſancta ſanctorũ, de quibus ſa-  
 tis ſuprà diximus. Vnde Paulus dixit. Lac dedi uobis.  
 Sapientiam autem loquimur inter perfectos. Et Pſal-  
 miſte deſcribit ſanctos etiã in multis grauitor errare, etiã  
 am ubi optimo zelo ſibi duci uidentur, donec omnia  
 permittant et committant deo. Vnde alluſit ad ea quæ  
 diximus, dicens. Et exiſtimabam ut cognoſcerem, hoc  
 labor

labor est ante me, donec intrem in sanctuarium dei, & intelligam uel intendam in nouissima eorum.

## CAPVT VII.

**Q**uod Salomon non solum quæ dei sunt ædificat, quid est, spiritualia, sed etiam quæ hominum sunt, & omnia cum omnium admiratione, specimen dat suæ sapientiæ & intelligentiæ à deo datæ, sed primum ædificat domū domini, deinde curat reliqua, qui rectus est ordo, ut primum queramus regnum dei, & presumimus si quid nobis commissum est in sollicitudine. Hæc significant in regno Christi nõ solum ædificari quæ fidei sunt, sed etiam sapienter disponi quæ externa sunt, ut omnia fiant secundū Paulum in ædificationem & non in destructionem. De his duobus, id est, de sapientia & intelligentia, supra diximus.

## Aedificauit quoque &amp;c.

Ne ex nostra translatione intelligas hanc aliã domum à prædicta, sic ex Hebræo lege, Aedificauit scilicet domum ex saltu libani &c. id est, ex cedris & abietibus et alijs arboribus ex libano missis.

## Et quatuor deambulatoria &amp;c.

Heb. In quadrum (quod ad prædicta pertinet) Et additur, Cum ordinibus columnarum ex dolatis cedris.

## Vnus autem etc.

Heb. Vnus ordo habebat quidecim columnas, ita ut ubiq;  
tres è regione sibi in ordine starent, ita ut unūquodq;  
spacium ad aliud inter columnas existens cum colum-  
nis quadratum esset. In his si quæras allegoriam, uide  
Prouerb. 9. Sapientia, inquit, edificauit sibi domū, ex-  
cidit columnas septem, id est, multas, quemadmodum  
septenarium numerum Hebræi accipiunt &c.

## Et porticum columnarum.

Idest, porticum cum columnis.

## Et alterā porticū ī facie maioris porticus.

Heb. Et alterā porticū ante illā, id est, ante superio-  
rem quam dixerat porticum.

## Et columnas et epistilia.

Heb. Cum columnis & una columna ingenti.

## Et domuncula.

Heb. Præterea domunculā in qua habitauit, in atrio po-  
steriori, inter domū et porticū factā similiter alijs edi-

Et atrium maius &c. (ficijs.

Heb. Et atrium maius per circūitum tres habebat ordi-  
nes ex sectis lapidibus, & unum ordinem ex dolatis ce-  
dris, quemadmodum et atrium erat propè domum do-  
mini interius, & porticus iuxta domum.

Hiram. Nō est differentia in noīe huius artificis  
& regis Hiram suprà dicti. Hic Hiram ex matre quide  
Iudea

Iudæa est, sed ex patre Tyrio, qui et ex Tyrijs petitur ad faciendum opus in domo domini, ut in oibus uideas cōstare quod suprā diximus de ædificatione gentiū in hac domo, quæ ecclesiā significabat. &c. Ad tabernaculū uerò Moſis neq; operarij neq; artifices ex gētib; adhibentur &c.

plenum sapientia &c.

Hoc nunc de gentili scribitur, quod scriptum ante legis de Beſeleel & Ooliab. Exo. 31. 35. & 38. Idem spiritus qui operatur in Iudæis, operatur & in gentibus &c.

DE DVABVS COLUMNIS,

mari enco & luteribus.

Decem & octo cubitorum. Ita & Hiero. ult. legis. Verū, quia decima octaua ulna nō plena fuit, (quas minutias scriptura sæpe cōtēnit). 2. Para. 3. lōgitudine duarū colūnarū sunt scribitur fuisse. 35. cubitorū.

Et linea &c. Id est, funiculo duodecim ulnarū potuerūt colūne tātum circūplecti. Hanc sp̄situdinē altera habebat, & altera similiter eādē, atq; hoc est quod dicit, Vtrāq; colūnam habere ambitū duodecim ulnarum, ut nō intelligas alterā tātum sex ulnis metiri per ambitum, quemadmodum ex Hiero. ultimo uides. Capitella quæ uocat translator, epistilia sunt, ea quæ ponuntur super columnas.

Et quasi in modum.



40 ANNOT. IN PRIMVM LIB.

Heb. Et in singulis epistilijs erāt septē reticulati funes uelut catenæ. Et faciebat ad singula epistilia duos ordines, malogranatorū per circūitū in fune qui circūibat epistilium. Et epistilia erant uelut rosæ (siue lilia) ante porticū altitudine quatuor ulnarū. Malogranata autē in ordinibus per circumitum erant ducenta, supra & infra, ad funē qui circūibat uentrē siue tumore epistilij in quolibet epistilio utriusq; colūne. Et statuit &c.

Opus in modum lilij.

Vel liliorum, uel rosarum, ut supra.

Columnæ  
duæ.

Istæ duæ colūne posite erant ante porticum & nihil sustentabant, Ergo ne ad ornatum tantum has effin-  
xerat Salomon? Non credo. Hoc significasse per colū-  
nas uidetur, q̄ olim dominus ante tabernaculum sole-  
bat in columna nubis apparere, & quia templū est po-  
pulus, in memoriam reducebat aspiciētibus, quod olim  
dominus populum præcesserat per colūnam in deserta-  
to. Hic erat spiritus dei, Vna autē columna duæ uide-  
bantur, quia alia in die, & alia in nocte. Quæ igitur ad  
dextram à Salomone collocatur, est columna nubis re-  
frigerantis in die, & quæ ad sinistram, est colūna ignis  
& illuminantis & calefacientis in nocte. Hæc in eccle-  
sia Dei quid uelint interpretatur Esaias ca. 4. Et cre-  
dit &c. Huc pertinent omnia quæ illic diximus, ut non  
opus sit hic repetere. Hoc solum addendum est, quod  
dextera columna uocatur lachin, id est, erectum, rectū,  
absolutum,

absolutum, fortunatum, ita enim nobiscum agitur, ubi  
 consolatione spiritus fruimur, liberati à tentatione, ut  
 omnia nobis sint erecta &c. Sinistra autem uocatur  
 Boas, id est, fortitudo, tunc enim fortitudine spiritus ma-  
 xime opus est ut persistamus, quâdo sinistra nos appe-  
 tunt, id est, tentationes & persecutiones &c. Epistilia *Epistilia*  
 uerò suprâ columnas, sunt uelut fructus in arbore, hæc  
 licet accipere doctrinâ sanam, quæ ex spiritu dei pro-  
 ditur in ecclesia ad eruationem nostri, siue dextra si-  
 ue sinistra accidant, Vt columnæ sint spiritus, quando  
 per se nos occulte ducit & docet, epistilia uerò quâdo  
 se in nobis prodit proximus ut eos doceamus. Reticu-  
 lati funes sunt ipsa charitas, per quam nos mutuo com-  
 plectimur ut unum simus & idem sentiamus. Malogra *Malogra*  
 nata, inde duplici ordine dependentia, sunt fructus spi-  
 ritus & opera charitatis, Gal. 5. quæ admodum & in can-  
 tibus, Emissiones tuæ paradisus malorum punitorum cū  
 pomorum fructibus &c. Charitas enim non incipit a se,  
 quemadmodum dixerunt, sed inter duo est, uel ad aliū  
 necessario pertinet, Hinc duplicia retia sunt, id est, al-  
 terum in uno epistilio, alterum in altero, & in singulis  
 duo ordines sunt malogranatorum, alter suprâ & alter  
 infra, ut ubiq; suprâ & infra duo malogranata cōiun-  
 cta uideantur, Vnus aut ordo continet centum malogra-  
 nata, id est, multiplices fructus spiritus & opera chari-  
 tatis, quæ in duobus ordinibus auccenta sunt, ut uideas

42 ANNOT. IN PRIMVM LIB.

hæc omnia ad binarium numerũ charitatis redire &c.  
Quod autem super omnia ista appareant lilia siue rosa  
se, externa conuersatio Christianorũ significatur: Ad-  
miratur enim mundus, quod eadem fœditate cum ipso  
non laboramus, ut ait Petrus, sed non uidet radicẽ un-  
de ista procedunt &c.

Et resticula &c.

Idest, fune triginta ulnarũ potuit metiri eius circũse-

Et sculptura &c.

Heb. Et mare quod erat latum decem ulnis, circũda-  
batur prope labium nodulis, Nodulorum autem erant  
duo ordines ex ære fusi.

Et stabant.

Lege, Et stabat, scilicet mare, ut supra uides.

Grossitudo.

Heb. Crassitudo eius erat secundũ latitudinẽ manus.

Rependi lilij, vel apertæ rosæ.

Tria milia metretas.

Non est in Hebræo.

De hoc mari quid significet supra diximus. Nodula  
li ante ornantes illud, sunt hoc quod malogranata in  
epistilijs, fructus enim spiritus sese produnt ubi uerbi

Boues lauacrum operatur &c. Portatur à duodecim bobus,  
duodecim id est, a prædicatoribus ad quatuor mundi partes. Isthis  
bobus triturantibus, ut ait Paulus, non debet alligari  
os, <sup>latæ</sup>

os, laborant enim in agro dominico, & lauacrum uerbi reliquis adducūt. Posteriora autem boum latent sub mari, quia infirma nostra tegit uerbum, siue lauacrum uerbi. Habemus enim, inquit Paulus, istum thesaurum in uasis fictilibus ut nihil nobis arrogemus &c. Pedes uides & ora, ut uideas quò currant: & quid prædicēt audias, infirmitatem eorum Deo committe, quid enim eorum infirmitate offenderis, qui uerbo agunt coram te & precibus coram deo, ut tu à tuis sceleribus et impietate redimaris? Id quod interim dicimus contra eos, qui uerbum contemnunt donec angelos è cœlis accipiant prædicatores, boues istos nolunt. Neq; tamen probamus impietatem doctorum. Nam de ijs tantum est nobis sermo, qui portant uerbum spiritu docti.

Bases uocat sedilia quadrata, super quæ ponendæ erant luteræ, ut infra uides.

De istis basibus & luteribus uide potius translationem D. Martini, aut tibi ipsi transfer ut potes.

Luteræ quid significēt similiter supra diximus, nempe uerbum quo lauantur hostiæ, id est, homines Deo immolandi. Quod omnia fiunt ex ære, uirtus & fortitudo uerbi est id quod in primis uides in basibus siue sedilibus portantibus, in collo illo sub medio luteris &c. Virtus Dei & spiritus Dei significatur, collum istud sedet super sedile, super illos enim requiescit spiritus, per quem omnia fluunt in corpus, qui portant

eius



44 ANNOT. IN PRIMVM LIB.  
eius uerbum, ipse tamen principalis portator, Rotæ  
hic sunt quod supra boues, ad quatuor enim orbis par-  
tes respiciunt, quemadmodum uidit & Ezechiel. Pictu-  
ra bouum, leonum, cherubim, uaria dona ministrorum  
significant, quæ sunt ornamenta eorum ad utilitatem  
aliorum. Huc pertinet & ille ornatus in collo subter lu-  
terem, quemadmodum de malo granatis & rosis dixi-  
mus. Omnia uero, ut rotæ currus & c. cursum & mi-  
nisterium uerbi in orbem portati indicant, Nec aliud  
sunt ascelle uice quatuor pedum sub lutere, quam por-  
tantes uerbum respicientes in omnes terræ partes. Lu-  
teres uero ad dexterum angulum & ad sinistrum angu-  
lum domus ponuntur, ut uerbum abluat, siue quid à de-  
xtris impugnet siue aliquid à sinistris, quemadmodum  
supra de columnis & epistilijs diximus.

Fecitq; Hiram lebetes, batilla, pelues, ] ex Heb.  
Reliqua uide in translatione D. Martini.

### Et quasi lilij flores.

Heb. cum aureis floribus, lucernis & emunctorijs, Ad  
hæc, pateras, catinos, pelues, cochlearia, sartagine  
ex auro puro & c.

De his instrumētis æreis extra templum, & aureis  
in templo, diximus capi. superiori.

Sanctificauerat. 2. Reg. 8. 1. Para. 28.

### In thezauros.

Thezauros habebat templum ad sui ædificium & su-  
stentatio

stentationem, & si opus erat in communem necessitatem, quos thezauros legimus directos quandoq; a gentibus uictoribus.

## CAPVT VIII.

**Q**uod arca iam inducitur cum tabernaculo uetere. Pri in templū istud nouum, quod non transfertur, ut supra dictum, inductio est, qua Salomon, id est, Christus inducit in ecclesiam suam Euangelium, In arca enim est quidem lex sed abscondita, ut significet legem cordi inscriptam, super eam est propitiatorium, et super propitiatorium deus ut dictum est. Et tabernaculum uetus iam cessat ubi inducitur in templum nouum, lex enim cessat per Euangelium & hic noua sunt omnia. Hic sacerdotes & leuitæ portant omnia, id est, sunt Euangelij ministri. Populus uero offert hostias absque numero, id est se ipsum offert Deo. Ro. 12. Alioqui omnia externa hypocrisis sunt, quemadmodum interpretantur omnes prophete. Ad idem spectat dedicatio templi septem diebus celebrata, per Euangelium enim dedicamus nos Deo per omne tempus quod hic uiuimus, quod septem diebus transigitur, post istos septem uidebimus facie ad faciem Deum, quem nunc ex parte & in enigmate uidemus, Hoc est, ut hic uides, in nebula, ut dicemus. Ad hæc, nihil uidet qui non uidet Salomonis gratiarum actionem de promissionibus

nibus seruatis, & orationem pro Israël & gētibus esse  
merum Euangelium, id est, ueritatem promissionis dei  
& remissionem peccatorum.

De Sion. J Quo posita fuerat per Dauid. 2. Reg. 5

Ethanim. Est mensis septimus, id est, september  
noster, sed tamen secundum lunationem, ut infra quan  
doq; diximus. Quod addit, In solenni die, significat  
unum ex festis fuisse septimi mensis, de quibus Leuitici  
23. forte tabernaculorum festum tunc erat, ut & hoc  
uetus festum transeat in nouam dedicationem, non tran  
seuntium tabernaculorum sed templi aeterni.

Immolabant. Vel in altari holocaustorum uel  
etiam in uia, ut fecerant sub Dauide. 2. Reg. 6.

Uectes &c. Forte pars uectium ob longitudine  
in murum, qui erat ante oraculum, excessit, non tra  
men extra uisa est nisi aliquo signo, ut dici potuerit, ita  
lic sunt capita uectium arcæ. Hoc significabatur, quod  
apparet quidem Deus esse in sanctis, sed à carne nō ui  
detur &c. Huc pertinet quoq; quod gloria quidem do  
mini complet templum, sed in nebula. Gloria uera est,  
sed non nisi in nebula uidetur, id est, per fidem, de qua  
gloria Esa. 6. & 40. Et reuelabitur gloria domini  
&c. In isto templo iam uides fidei regnum dum ne  
bula gloriæ Dei implet omnia, perit omnis gloria  
templi externi, nihil hic est omnis ille ornatus, quin  
& perit

Gloria in  
nebula.

& perit sacerdotium illud & sacrificiorum officium  
 externum, non uidetur aurum templi, altare, mensa,  
 lucernæ, lux, & sacerdotes propter nebulam non pos-  
 sūt ministrare. Gloria domini occultat se nebula, Adest  
 enim uere & glorificat ubi minime adesse uidetur. Cre-  
 ditur dum non uidetur, quia testimonio nubis, id est,  
 spiritus sui se sanctis declarat, ut sequatur cum oculis  
 clausis in sanctis tenebris, quæ admodum Abraham qui se-  
 cutus est deum nesciens quò iret. huc pertinet quod Salomon  
 dicit, Dominus dixit ut habitaret in nebula, Leui. 16.  
 Apparebo in nube super oraculum. Possumus multa ope-  
 rari, quemadmodum hic Salomon cum suis, sed in ne-  
 bula dominus inuenitur, ubi non solum opera sed etiam  
 nostra sapientia & omnia nostra pereunt &c.

Conuertiturq; &c. Salomon qui rex à deo cõstitu-  
 tus est, iam se pōtificem facit benedicendo populo, et oran-  
 do pro iudeis & gētibus, ut uideas hic Christum &c.

Nunc igitur.

De promissioe hac et cõditione adiecta supra diximus.

Si enim &c.

Contemnit domum in se, quæ tamen ueneranda est  
 propter inhabitatorem Deum, Et si domus nihil est  
 sine Deo, sunt & omnia quæ illic fiunt nihil sine Deo,  
 ut uideas solam fidem esse quæ commendat ista omnia,

Hinc



45 ANNOT. IN PRIMVM LIB.  
Hinc est quod Salomon orationē fidei præfert domui,  
uide & Esa. ult. De qua dixi. Deut. 12.

**Si peccauerit &c.**

Id est, Si quis peccatum uel damnū in fratrem admissum  
iuramento negauerit coram altari tuo, tu damnato cum  
& iustificato proximum eius.

**Iudicabis seruos tuos.**

Potius. Iudicabis seruo tuo, id est, iudicium facies pro  
seruo tuo, quemadmodum de ista oratione nonnunquam  
in psalmo diximus **Et ostende eis.**

Hoc enim primum orandum ubi petuntur que ad uictū  
attinent docet Christus, Primum querite &c.

Quod eruginem dicit proprie rubigo est, ut &  
psal. 77. Quod autem rubiginem dicit cruce est.

**Omnis plaga, uniuersa infirmitas.**

Lege, Vel quæcunq; plaga uel quæcunq; infirmitas.

**Cuncta deuoratio.** Ex Heb. Si quis tunc  
orauerit & obsecrauerit, siue ex alijs sit hominibus si-  
ue ex populo Israël, qui cognouerint plagam, quisque  
in suo corde, & expanderit &c.

Quod nomen tuum inuocatum est sit  
per domum hanc. Oratio hæc significat, quod  
domus hæc de te habeat appellationem, id est, secundū  
nomen tuum uocata sit domus domini, sicut uxor à ma-  
rito, quemadmodum de hac oratione diximus Esa. 4.  
Tantum

Tantummodo inuocetur &c.

Orabunt te contra uiam &c.

Absentes quoq; tunc orabant uersus Hierusalē & templum, id quod & fecit Daniel in captiuitate Babylonica, quemadmodum nonnunquam diximus in psalmis.

Et facies iudicium eorum.

Id est, iudicabis pro eis contra aduersarios.

Fornacem ferream.

Vocat miseriam nimiam & laborem & angustiam animi, quam illic ferebant. Recte fornax ferrea & nobis fuit carnificina illa conscientiarum per traditiones humanas.

Per singulos dies.

Ex Heb. unumquodque suo tempore, uel oportuno tempore.

Pacificas.

Heb. Mortificatas hostias. Vide annotationem D. Martini. Leuit. tertio.

Medium atrij.

Potius, Medium atrium. ut supra diximus. Hic necessitas dispensat de lege.

CAPVT IX.

Sicut Deus prescripserat Dauidi omnia quae fecit Salomon. ne quid hic sine uerbo dei gestum putes, quemadmodum diximus in huius libri principio, ita hic omnia acceptat quae facta sunt, ut uideas hic omnino dei uoluntatem. Cōditio uero adiecta, de qua supra diximus

D mus

mus, ostendit tibi hic insignem locū scripturæ, imò uer-  
 Externa luntatis dei, in quē respicit lex & oēs prophete, nēpe  
 sola fide oīa externa quæ etiam deus iusserat fieri, ut templū, sa-  
 placēt. crificia, ieiunia, cantus, festa, altaria &c. esse nihil. imò  
 esse dānabilia sine primo p̄cepto, id est, sine fide: illa  
 enim ex hac sibi fieri uoluit, & huius esse signa siue sa-  
 cramēta, Nihil itaq; tā abominatur deus, q̄ illa quæ ita  
 etant se cultū esse dei, & dānata sunt hypocrisis. Pecca-  
 cata enim nostra offendūt deū quæ gratis dimittit filiis.  
 Hypocrisis autē decipere nititur deū, id quod illa maie-  
 stas ferre nō nouit, de quo in psal. Quam dolose egit in  
 cōspectu dñi ut inueniatur iniquitas eius ad odiū &c.  
 Hoc est qđ Hieremias quoq; clamat ca. 7. Bonas facite  
 uias uestras & studia uestra, & habitabo uobiscū in lo-  
 co isto. Nolite cōfidere in uerbis mē dacij dicētes. Tem-  
 plū domini &c. Vide et Esa. 1. & Eze. 20. Miche. 6.  
 Quod hic cōminatus est deus, postea ob infidelitatē iu-  
 deorū secutū est, ut taceāt adinuētiōes hu manæ, quan-  
 do deus etiā sic abiicit quæ ipse mādauerat. Si illa sine  
 fide placere nō potuerūt, tua scilicet, quæ tibi somniasti

### Expletis autem

(placbitur)

Residuum huius capitis amicitiam Regum, pacem, di-  
 uinitas, obedientiam describit Salomoni à deo datam.

### Viginti oppida.

Legitur in Paralip. 3. & Hiram Salomoni dederit op-  
 pida, fortē reddidit eadē oppida Salomoni postquam  
 displicerent

REGVM. CAPVT IX.

displicebāt. Cabul autē lingua Phoenicū aiunt significā  
re displicentiā, de quo iudicare nō possum, tamen tale  
qd significare hęc historia indicat. Ex Hebræo potius  
argillosam terram significat, quę certē infrugifera est.  
Hęc oppida quia gentes illic usq; ad Salomonis tēpo-  
ra habitauerunt, uel quia oblata sunt Hiram regi Tyri,  
appellata sunt Galilea gentium, Esa. 9.

Misit ergo.

Lege, Miserat autem.

Expensarū. Potius tributorū. Vt uideas tributa-  
riū fuisse Hirā nō solū amicū, Nā usq; ad mare extēde-  
bat se terminus dittonis Iudeorū secūdū dei promissio-

Gazer, Expugnauit Iosue in sorte tribus (nē-  
Ephraim, sed Cananei oēs nō potuerūt inde expelli us-  
q; ad hoc tēpus, Alij pro Salomone pugnāt, ut omnino  
uideas pacis regnū etiā dum subiugantur ipsi omnes-

Vniuersum populum.

Lege Iudicū. 2. & 3. Gentes relicte tributarię sunt, ita  
& quod in carne nostra reliquum est peccatū, non re-  
gnet sed seruiat nobis in salutem. diligētibus deū omnia  
cooperantur in bonum, ut non superbiamus dum sem-  
per uidemus quid ex nobis sumus. Inde fit ut ex infirmi-  
tate nostra siamus robustiores &c.

Tribus uicibus.

Secundum legem Deute. 16. Diuitiæ quoq; per ma-  
D 2      re pen



re petuntur nō sine industria gētium, ut etiā significetur diuitiæ gētium adductæ Salomoni Christo, non solum per prædicatores Iudeos, sed etiam gentes &c.

## CAPVT X.

**H**Oc caput quasi summa est gloriæ regni Salomonis, ubi etiam gentes prædicant eius sapientiam, et muneribus oblatis dominum agnoscunt. Ut nulli tanta sapientia, ita nulli quoque cōtigerunt tantæ diuitiæ, ut uideas dei promissionē impletā, quā suprā legis cap. 3.

Sed &, &c.

*Saba.* Heb. Et ubi fama Salomonis de nomine domini uenerat ad reginam Saba, uenit ipsa tētare eum per enigmata, id est, ubi audierat regina, quod Deus Salomonem tanta sapientia donasset &c. Saba uocant Hebræi, quam nos Arabiam felicem in historijs legimus, quæ auro & thure abundat.

Non habebat ultra spiritum.

Heb. Non potuit se ultra continere, scilicet, quin diceret quod habebat in corde.

LET opa tua. ] Heb. diuitiæ tuæ uel possessiões tuæ.

Ophir credo regionem aliquam quæ ad Indos peragat, quādo Gene. 10. Ophir filius Iectan scribitur, sicut & Saba. & filij Iectan habitauerunt à Messa usq; Scephar, quemadmodum & illic dicitur. Apud Indos sunt elephantes maiores & robustiores, fortè & illic alia abundant

abundant, quæ infra legis per mare allata.

## Lyras.

Heb. Nabla uel psalteria.

Ligna Tina uocauit Hebenū, quæ est arbor Indica, quæ cæsa durefcit in lapidē & cremata suauem reddit odore. Virg. 2. Geor. Sola India nigrū fert hebenum.

Quis nō uidet istam reginā gentilem agnouisse nomen dei? quæ admodum de gētibus quæ tunc erāt, quæ doq; etiā diximus libro primo, in historia Dauidis. Hæc permota ad famā Salomonis uenit Hierusalē, ut disceret, quæ scire desiderabat, quæ ego credo nō sphingos ænigmatis fuisse similia, sed ea fuisse quæ omnes serē sci Aenigma re desiderant, nec tamen à sapientia huius mundi sciunt reginæ tur, ut nō frustra ænigmata, id est, carni ignorata dicantur. Sunt autē hæc & similia, per quid deus recte agnoscat & rite colatur. Vnde homines iustificētur, quid sperandum sit à Deo, quid externa sacrificia conferantur, quando etiā Iudei sicut & gētes sacrificare uidentur, unde fiat ut quidam agnoscant & timeāt deū, aut uel agnoscere & uenerari cupiant, alij autē cōtemnant. Ad hæc & similia quis ignorat Salomonem uerbo & spiritu Dei doctū facile potuisse respondere. & iam ad instructionem eius credētī foeminae satisfacere? Admirabatur se iam audire quod ex suis sacerdotibus & Magis discere non potuerat, quemadmodum Paulus scribit de infideli cū audi Christianos prophetan-

tes, quod cadit in faciem, confitens quod uerè sit in eis  
deus. 1. Corinth. 17.

Non hoc legitur de Iudæis, quod ita quaesierint sapientiam Salomonis, Verbū enim dei semper contemnitur ubi abunde prædicatur, quin & infra ca. 12. conuenerunt de graui iugo Salomonis, cū tamen nullum ex filiis Israël adegerit in seruitutē, supra ca. 9. quæ est ingratitude infidelis uulgi, & suam felicitatem sub bonis prædicatoribus et principibus nō agnoscentis. Ideo fit illis quod fiebat Iudæis post mortē Salomonis, premuntur postea cōscientiæ impijs doctrinis, & corpora peste, bello, & fame. Sic & postea cōtempserūt Prophetas: Nec mirū, contempserunt & Christū cum suis, Vnde hinc petit Christus contrā ipsos argumentū Matthe. 12. dicens, Regina austri & c. Illa ex lōginquis terris uenit ut audiret uerbum Dei ex Salomone, uos præsentem gratiam contemnitis prædicante filio dei, prædicante Messia uestro cui perhibent testimoniū omnes

Fides gentium commendata. scripturæ. Cōmendauit ergo illic fidem gentiū contrā generationem prauam & adulteram, quæ fides in hac historia significata est, nō solum per hanc reginā, sed et per reges alios offerentes munera & tributa. Ideoq; Prophetæ ad hæc alludunt cum de regno Christi prophētāt, ut in Psal. Reges Tharsis & insulæ munera offerent, reges Arabum et Saba dona adducent, & adorabunt eum non solum uicini sed etiam omnes reges, omnes

omnes gentes seruient ei &c. Et Esa. 60. Omnes de Sa-  
 ba uenient, aurum & thus deferentes &c. quasi dicāt  
 Prophetæ, non legitur maior gloria fuisse quā in re-  
 gno Salomonis, sed maiora adhuc sunt quæ uētura per  
 Christum prophetamus. Illa erant mundo conspicua,  
 hæc in spiritu gloriosa erunt, sed hæc interim caro de-  
 spicit quia uidere non potest: Sic & de templo secun-  
 do, ad quod uenturus erat Christus, dixit Aggeus capi-  
 te. 2. Veniet desideratus cunctis gentibus, et erit maior  
 gloria domus huius nouissimæ quā prioris, dicit do-  
 minus exercituum.

### Excepto &c.

Heb. Excepto eo quod dabāt mercatores, & negocia-  
 tores, & aromatarij, et reges uicini et primarij terræ.

Quæ scuta legis, potius ex Heb. haste sunt.

### Trecentæ minæ.

Ex Heb. Tres minæ.

Vides quāta pace abundet hic pacificus Salomon, Pax et cō-  
 ut & instrumentis bellicis ludat, & ea ad ostentatio-  
 nem potius paret quā ad necessitatem: alioqui cur monis.  
 nō potius arca quā aurea faceret? Et de regno Chri-  
 sti scribitur Esa. secūdo. Conflabunt gladios &c. In re-  
 gno enim Christi nō solum pax cōscientiarum est, sed  
 etiam pax externa inter ipsos Christianos, & quod ad  
 ipsos attinet, Ro. 12. nō cōtendentes in iudicio, Matth.



5. et. 1. Cor. 6. &c. Pro his scutis amissis Roboam filius Salomonis, ut infrà legis capite. 14. facit ærea. Impius ista pace gaudere non potuit quando amiserat Deum protectorem. Huc quoq; pertinet tanta copia equorū, nullo certè usu à Salomone cōgregata, nisi ad hoc forte, ut muniret regnum aduersus futuros insultus. Pacificum quidem est regnum Salomonis, sed tamen terribile aduersarijs potestatibus, pacificos nos esse oportet, sed tamen nō cedere regno tenebrarum. Ephe. 6. quæ admodum in Canticis ad hæc alluditur, ubi dicitur ad sponsam. Equitatu meo in curribus Pharaonis assimilau te amica mea: Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis, &c. Ticut turris David collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium, Pulchra es amica mea, suæuis et decorata sicut Hierusalem, terribilis ut castrorum acies ordinata. Quæ est ista quæ progreditur &c. Et sponsa. Ego murus, inquit, et ubera mea sicut turris, ex quo facta sum coràm eo quasi pacem reperiens.

### In domum saltus libani.

Id est, in domum ex saltu libani ædificatam, ut suprâ, forte ad hoc ut scutarij ea præferrent quando rex cum pompa exiret, ut infrà legis cap. 14. de Roboam &c.

Quas manus dicit reclinata erant ad utrumq; latus throni.

Thronus iste ad iudicandum factus est, & significat

cat iudicium in regno Salomonis, id est, Christi. Iam iudicat Christi spiritus & damnat omnia nostra, ut à nostris deficiamus ad ea quæ dei sunt. felices qui sinunt se iudicari ad salutem, alij isto iudicio magis iritantur contra Deum & excæcantur: Hic sunt leones à dextris & à sinistris, ut omnia uideas hic habere speciem iudicij, sunt uerò Prophete, apostoli, & quique fideles, qui uerbum prædicant, & uerbo omnia nostra dijudicant, donec in extremo iudicio cum Christo iudicemus omnes impios, secundum illud, In matutino interficiam omnes impios terræ, ut disperdam de ciuitate domini omnes operarios iniquitatis, ut uideas illud Christi, siue in iudicium præsentis ecclesiæ, siue in futurum respicias, Sedebitis super thronos duodecim iudicantes duodecim tribus Israël. Per gradus uerò ad hoc iudicium ascenditur. nam paulatim nobis iudicium dei plus reuelatur dum subinde magis occultiora cordis peccata cognoscimus, & certo iudicio spiritus intelligimus quæ Deo placeant, & quæ non.

Quod omnia uasa sunt ex auro puro, significat purum esse uerbi ministerium in ecclesia Christi.

Si hic philosophari uis, aurum ex gentibus affertur Salomoni, id est, homines sapientia dei instructi, argentum, id est, eloquentes secundum uerbum Dei, Psal. 117. Dentes elephantorum, id est, animum habentes ad mordendum & increpandum omnem impietatem, Simiæ,

id est, qui ignorantes quæ Dei sunt, faciunt & credere se dicunt quemadmodum uiderint ab alijs. Et pauones, id est, hypocritæ, ista zizania interim tritico permista est, &c.

De equis multiplicatis quasi contrà legem, dico quæ supra de filia Pharaonis, aut scilicet non imputatū esse hoc peccatum, aut non fuisse peccatum contrà legem, quando lex uetat ne fiducia equorū rex uelit reducere populum in Aegyptum, id quod Salomon non fecit.

## CAPVT XI.

**D**uoregna haftenus in his libris uidimus, Alterum hypocrisis, id est, occulta impietatis in Sathale, Alterum ueræ pietatis in Dauide & Salomone. *Regna tria.* quitur iam regnum manifestæ impietatis usque in finem quarti Regum, uix paucis regibus saluatis ex Iuda. Horrendum est ista uidere, in quæ tanti principes cum populo illo, qui populus Dei esse debebat, ceciderunt derelicti à Deo, cōtempserunt Deuteronomium, id est, uerbum Dei, & traditi sunt in reprobam mentem. Infelix regnum ubi ambitio & cupiditas regnat, non ipsa Dei ueritas, Hic erat contrà reges & populū negocium prophetis sanctis, ut uidebimus, sed frustra. abijciebatur enim prophete sancti, & pseudoprophete audiebatur, donec iudicio Dei nō solū coram Deo sed

scd etiã coram mũdo perierint . Porro magis horrendum est, qđ istud manifesta impietatis regnum incipit à Salomone, tam supra modum stulto et impio, qui ha= Salomon  
 cenus sapientia & pietate excessit omnes homines su= stultus.  
 per terrã. Quis posthac aliquid sibi fidet postquã tales  
 tam impie cadunt? Nihil est nostra sapientia & iustitia  
 dum Dei misericordia non conseruat. Auunt ad finem  
 uitæ Salomonem pœnitentiã egisse cõscripto libro, qui  
 Ecclesiastes inscribitur, cur ergo iuuens non abrogat  
 tam abominãdam idololatriã, quæ durat post eum usq;  
 ad tempora Iosue regis Iuda, ut legis. 4. Reg. 23? Ti=  
 mendum nobis est ad ista Dei iudicia, dum ea non intel=  
 ligimus. Quare uero oportuerit cum cadere, diximus  
 in fine ca. 2. uide & quæ diximus. 2. Reg. 7.

De mulieribus istis dixi supra ca. 3. Deus interim de Salomonis  
 istis mulieribus dissimulasset, si caussa abfuisset quare multæ ux=  
 istas mulieres prohibuerat, nempe si non mulieres Sa= ores.  
 lomonem auertissent à Deo, Nam hoc ubique inculcat  
 lex, quæ uetat mulieres alienigenas, & hæc historia  
 non tacet, quæ non tam multitudinem uxorum etiã ali=  
 enigenarum accusat, quàm quod per eas defecerit ad  
 deos alienos, Atq; ita quoq; specialis lex Deu. 17. de re  
 ge dicebat. Non multiplicabit sibi uxores, ne auerta=  
 tur cor eius. Interim uero dum beneficia Dei agnouit  
 Salomon dilectus à deo, allusit ad hanc multam ux=  
 rum historiam, quasi non impiam, tantum abfuit, ut de  
 bis



his malam conscientiam coram Deo habuerit, dicens Canticorum. 6. Sexaginta sunt Reginae & octoginta concubinae, & adolescentularum (scilicet seruentium & famularum) non est numerus. Vna est coluba mea &c. Vbi sponsus deus uel Christus dicit, Licet plures me ambiant sectae, et quisque uelit Dei cultor et amator uideri, tamen una illa quae sine sectis est, sola fide sancta, à me diligitur, quam etiam solam mater eius agnoscit ueram filiam, quae mater ecclesia ex spiritu sancto semen, id est, uerbum Dei concipit & parit istam filiam deo dilectam, quae filia Dei est & sponsa, ut uides psalmo. 44. Si quis autem curiosius querat, qui conueniat iste numerus cum eo, qui est in Canticis, dico, ante fuisse uxores septingentos & octoginta, quae post ad insipientiam lapsae erant mille, quis enim non uidet semper auctas mulieres, & quod Cantica senex & infatuatus non scripserit, sed antea?

Astharthem, Heb. Asthoreth, Deum sidoniorum, & Milcom, abominationem Ammonitarum. Post tamen dicitur de Chamos abominatione Moabitarum, & de Molech abominatione Ammonitarum.

Iratus Scilicet ut uides, non tam propter uxores, quam quod propter uxores recessisset à deo si quid peccatum fuisset in uxoribus facile corrigi potuisset, si deum non abiicisset. Hoc est peccatum de quo loquitur epistola ad Hebraeos, quomodo enim potest à Deo saluari

uari qui deum data opera sciens & prudens abiicit?  
 Contempto enim primo præcepto, reliqua quæ sunt  
 sunt hypocrisis & impietas.

### Scindam regnum.

Id quod uidebis ca. sequenti. Qui deum amittit, amittit  
 & dona dei, secundum illud. Omni habenti dabitur &c.

Propter Dauid, Cui promisi regnum, ne stae-  
 tim uideatur promissio mea post Dauidis mortem perire,  
 & blasphemetur ab incredulis nomen meum, cum tamen  
 alioqui promissionem meam præstiturus sim. Sic alibi  
 precantur in Psalmo. Propter Dauid seruum tuum  
 non auertas faciem Christi tui. Et ne hinc meritum Da-  
 uidis colligeres, statim additur, hoc pertinere ad Dei  
 promissionem Dauidi factam. Iurauit, inquit, dominus  
 Dauidi ueritatem & non frustrabitur eum &c.

### Tribum unam.

Sic intelligunt quod tribus Benjamin data sit filio Salo-  
 monis, quando tribus Iuda, ex qua ortus est, iam ipsius  
 erat. Duæ enim tribus relictæ sunt posteris eius, scilicet  
 Iuda & Benjamin, Vt cunq; hæc intelligas, certum est  
 tribum Iuda & tribum Benjamin à Deo relictas, quando  
 aduersario tantum decem dat. Duæ autem istæ tribus pro  
 una tribu, scilicet Iuda, sæpe nominantur. Vnde postea  
 regnum Iuda dicitur.

Tribum Iuda & ciuitatem Hierusalem oportuit ser-

uari, non solum propter promissionem Dei de carnali regno et sacerdotio, sed multo amplius propter promissionem de Christo factam, qui ex Iuda uenturus erat ad illa loca secundum prophetas &c.

**Pacem habere.** Suscitauit. Sicut pacem habet qui gratiã apud deum habet, quemadmodum Paulus ubiq; gratiam & pacem coniungit, & quemadmodum dicit Ro. 5. Iusti ficati ex fide pacem habemus. Ita qui deficiunt à Deo, aut qui sunt sine deo, pacem habere non possunt, non magis quàm Cain & Iudas, nisi per gratiã redeant ad eum qui fons est pacis. Non enim est pax impijs, dicit Dominus. Perijt enim primũ conscientie coram deo libertas, deinde & in omnibus creaturis inueniunt unde turbentur & peccēt, id quod uel in primis uidere licet in nostris iustitarijs, &c. Hec habet ista historia, quod Salomon dum fedit, deo habet pacē supra modum, dum uero ad impietatē deflectit, ab omni parte suscitantur ei aduersarij, quorum tres hic describuntur.

**Cum Dauid.** Hec est caussa aduersarij cōtra Salomonem. 2. Reg. 8. Quasi humana caussa describitur, cum tamen dixerit ante, quod dominus suscitauit aduersarium, & quod miraberis, dominus suscitauit istũ aduersarium, contra Salomonem, cum tamen corã deo iniustam habeat caussam, licet iustum sit coram Deo ut Salomon puniatur. Nam quod Idumæi occisi sunt, uoluntate dei factum est, ut uideas Dei prouidentiam esse.

REGVM CAPVT XI. 63

esse quod homines casum et fortunã arbitrãtur, et quod iniustum est secundum homines, iustum esse secundũ deũ.

Ad sepeliendum: Hoc beneficium prestitit occisis David, sciens quod fratres erant Idumæi, secundum illud Deut. 23. Non abominaberis Idumæum & c. Madian urbs est trans Arabiam, ad quam etiã pertinet Paran, de quo legitur & in profectioe filiorum Israël ex Aegypto, Madianitarum hæc est regio.

De Soba. Vide . 2 . Reg 8.

Damascus est metropols illius, quam Hebræi Syriam uocabant, siue patria lingua, Aram Soba. Esa. 7. Vide quæ dixi psalmo. 59.

Eratque aduersarius.

Tamen ante hac nihil ausus fuerat, non enim nocent homines, ut neq; diabolus, quando uolunt, sed quando Deus dat potestatem.

Leuauit manum suam contra regem,

id est, factus est ei aduersarius.

Coæquauit. Heb. Clausit fracturam siue foramen in ciuitate David patris sui, id est, in Ston.

Super tributa. Heb. Super omne onus & c. id est, ut illic princeps esset & curaret omnia.

Domus, id est, familie Ioseph, id est, duarũ tribuum Ephraim et Manassæ q̄ erãt filij Ioseph, Gen. 48

Regnũ



Regnum tradit Deus Hicroboam quem scit fontem futurum omnis idolatriæ, sed ita meretur eorum ingratitude, qui beneficia Dei, ut ante sub bonis & à deo suscitatis iudicibus, ita et sub Dauide et Salomone, non agnouerunt, Tamen præscribit ei deus quid uelit ab ipso fieri, nempe ut audiat uocem Dei, & promittit sub eadem conditione bonum, quemadmodum de conditione regno terreno Dauidis & Salomonis adiecta supra diximus, ut uideas deum non probare iniquitatem, dum per iniquos uult iudicia sua exercere in eos, qui peccauerunt. Porro propheta non solum uerbis sed etiam signis & rebus externis prophetat, cuius exemplum uides & in Esa. ca. 20. & hic infra ca. 13. & 4. Reg. 13.

Eo quod. Heb. Eo quod me dereliquerint et adorauerint Asthoreth deum Sidoniorum, Chamos deum Moabitarum, et Milcom deum filiorum Ammon, & non ambulauerint in uis meis, ut facerent quod rectum est coram me, & mea precepta & iudicia, quemadmodum Dauid pater eius, id est, Salomonis &c. Ut uideas quod quemadmodum reges non sibi soli boni sunt, ita quoque non sibi soli mali, alios secum rapiunt ad impietatem, ut uidebis in sequentibus historijs.

Quem elegi. Qui ex his locis Dauidis meritum colligit, uideat quod dominus dicit se Dauidem elegisse.

Lucerna, id est, regnum et gloria propter promissionem meam, Nam hoc est quod addit, Coram me.

Et in

REGVM. CAPVT XII. 69

Et in Psal. dicitur de Christo, semine Dauid. Illuc pro-  
ducam cornu Dauid, paraui lucernam Christo meo.

Domum fidelem.

Id est, cōstantem & permanentem, quid uerò hæc oratio  
uelit indicaumus supra cap. 2.

Super hoc. Potius, Per hoc.

Veruntamen.

Credo nunc Prophetam respexisse in aduentum Christi,  
quemadmodum & discipuli interrogant Act. 1. Do-  
mine num in tempore hoc restitues regnum Israël?

Voluit.

Salomon uult occidere Hieroboam nulla alia causa,  
quàm quod audit eum electum à Deo ut regnet super  
Israëlem, quasi studium humanum possit impedire Dei  
ordinationem, Hinc fugit Hieroboam et fit ei aduersa-  
rius. Hæc est impietas Saulis contra electum à deo Do-  
uidem, de qua diximus libro primo.

In libro uerborum dierum.

Id est, in Chronicis Salomonis. Putatur esse liber Para-  
lipomenon, sed nō uideo illic alia scribi de Salomone quàm  
hic, & sepe quædã in sequētibus uidebis indicari, quæ  
in Paralipomenis nō sunt. Pericrūt ergo ista Chronica.

CAPVT XII.

**H**oc caput ueritatem uerbi dei, superiori capite  
descripti, de regno scindēdo declarat. Hic uides

E & magnā

Tribus  
Ephraim

et magnū fieri Ephraim. secundū prophetiam Iacob.  
Gen. 48. de Ephraim, et Gen. 49. de Ioseph patre car.  
nali Ephraim. Vnde tribus Ephraim et filij Ioseph si-  
bi aliquid esse uidebantur etiam à tēpore Iosue, quādo  
etiam interim illic in Silo omnia sacra dei cū illo taber-  
naculo ueteri habebātur. Contrā quod in psalmis dici-  
tur. Et repulit tabernaculum Ioseph, et tribū Ephraim  
nō elegit, sed elegit tribū Iuda et c. Post hæc uerò hoc  
regnum decem tribuū uarie in Prophetis uocatum est,  
nēpe regnū Israël, domus Iacob (quando tamen omnes  
Iudæi erant ex Israël siue Iacob) præterea Ephraim à  
principali tribu, atq; ideo etiā quādoq; domus Ioseph.  
Item Samaria à metropoli, Item Iesraël ab alia ciuitate  
illic regia. Regnum uerò duarum tribuum uocatum est  
domus Dauid, item Iuda, item Hierusalem, rarò autem

Benedi- = Beniamin. Itaque hic corporalis benedictio transit ad  
ctio tēpo- = Ephraim, donec ob impietatem hoc regnum aufertur.  
ralis et spi- spiritualis autē benedictio manet in Iuda, quia inde ex-  
ritualis. = peñtatur Christus secundum prophetiam Iacob.

Sichem est in monte Ephraim, ut infrā uides. de qua  
in Gen. quoq; legis. Vide Hiero. de hebraicis locis.

Hieroboam accedit, quia spem regni habet ad se  
uenturi secundam prophetiam.

### Durissimum iugum.

Mentiuntur ingrati, quemadmodum hoc suprā ca. 10.  
diximus, sed ista ingratitude et cæcitate ipsorum pa-  
rat deus

rat Deus occasionem scindendi regni, id quod interim Roboam uidere non potest, neq; etiã interim uident ad quam impicitatẽ detrudendæ decem tribus sint, ut tandem auferantur de terra, quando nunc interim sublimantur & superbiunt contrã Iudam. Ita transeunt iu- Orandiũ.  
 dicia dei, ut nihil horum fiat quæ in animis nostris prescribimus. Vt discamus non altum sapere, sed timere, et omnibus quæ sũt deo cõmissis, iugiter orare, ut omnia in gloriam dei & nostrã salutem cooperentur.

### Quoniam aduersatus.

Roboam putat se sequi cõsiliũ iuuenum, sed interim scriptura prodit hoc cõsiliũ fuisse Dei. Ita stulticia sua prudentia consultat contrã se, dum sua nititur impie statuere sine Deo. Solent magnificare hoc exemplum, ut non relicto cõsilio senum audiamus cõsiliũ iuuenum, id quod maxime placet, ne inexpertis committamus quæ ignorant. Addo ego hinc accipi debere, ne audiantur adulescentes, siue senes siue iuuenes, impri- Senes.  
 mis à regibus, quàm enim male cedat tales audire, uel hæc historia exemplo sit. Sed hæc omnia nihil sunt nisi cõsultãdo, deo committamus rem, ut ipse fortunet. Alioqui etiam seducimur per senes, imò etiam per ueraces qui Reipu. cõsultum uolunt, quemadmodum de Aegypto & sapientibus eius scriptum est Esa. 29. Roboam quãdo omnia cõmittit hominibus, & nihil Deo, non cõsultans Deum ut pater David, damnũ per ho-  
 mines



mines patitur. Igitur hic nō tam in senes respice, quā  
in hoc quod res tentatur sine Deo.

### Ad Semeiam.

Misericordia dei immēsa est, q̄ nō uult perire quos pu  
nit, sed suā uoluntatē per uerbū manifestat, ut isti dānū  
passi culpam agnoscant, illi uerò nō superbiāt exaltati,  
quasi suo cōsilio & uiribus aliquid assecuti sint. Consi  
liū dei fuisse declaratur, dū interim homines accusare  
potuerūt stulticiā Roboam, q̄ non audierat senes &c.

### Aedificauit Sichem.

Quae erat urbs refugij, Iosue. 20. & 21. de qua et legis  
Gene. 33. & 34. Phanuel aut̄ uel Pnuel locū puto, quē  
ita appellauit Iacob Gene. 32. Munit regnū & regiam  
sedē Hieroboam, ueritus ne rursus eiciatur ipse, &  
redeat populus ad Dauidis regnū, Id quod manifestius  
uides in illa impietate uitulorum, quae sequitur.

### Nunc reuertetur.

Prima impietas est, quod abiecta promissione dei, quā  
habebat, ut dictum cap. superiori, suae prouidentiae &  
consilio fidit, excogitans qui defendat sibi regnum ada  
Regni eptum. Altera & manifesta, quod semel abiicit omnia  
Israēlis im quae Dei sunt, quae mādata erant in Deuteronomio, &  
pietates. pro deo erigit uitulos aureos, aliumq; cultum à lege di  
uersum. Tertia, quod eandem colore sanctitatis obtru  
dit posteris, & per hypocrisim fingit adorari uerum  
deum

deum in uitulis qui eos eduxerat ex Aegypto, forte sic dixit. Vt maxime Deus non sit uitulus, tamen in uitulo uult adorari, testantur hoc Aegyptij, apud quos patres nostri adorauerunt Apim, testatur historia primi nostri pontificis Aaron, quod uerò illic plaga dei secuta est, non propter uitulum factum est, sed propter uituli abusum, Non enim uerū deum qui eduxerat eos ex Aegypto in uitulo adorauerūt, quemadmodū uoluit Aaron, sed Deum alienū, Ideo indignabatur deus contra ipsos. Præterea quis non uidet deum uelle coli in uitulis, cum in lege Moysi nulla sacrificia sint uitulorum sacrificijs frequentiora? Ad hæc, Vt maxime Iudas adoret in Hierusalem, quia illic ei reuelatum est sub Salomone quæ Deus elegerat, tamen Israël non debet adire eum locū, cum habeamus & ipsi locum nobis à Deo multo sanctius designatum. Est enim hic Bethel, id est, domus dei, locus ubi apparuit patri nostro Iacob deus, nisi frustra uos dicamini filij Iacob siue Israël, nisi et frustra hic locus domus Dei appellatus est, Cur itis in Hierusalem ad Iudam, postquā defecimus à Iuda & defecimus per Deum, qui me æque constituit regem ac Dauidem & Salomonem, & cœpit id quod uidetis Iudam abijcere? Cur illic queritis domum dei Salomoni indicatam & uni tribui, quando hic habetis domum dei patri nostro reuelatam quā merito filij Israël omnes adeant & impium fuerit conteranere? Vt interim non dicam, quā

incōmodum uobis fuerit ire ad aduersarios nostros, nē  
 si spoliari, truncari, occidi malitis. Memoriam uerò dei  
 quem ita colemus in Bethel ponemus quoq; in Dan, id  
 est, in finibus terræ Israël, ut qui illic in uicino habitāt,  
 non caussentur uie incommoditatem, dum nō possunt  
 semper adire Bethel. Porrò constituemus solēnitatem  
 multo cōmodiorem ea quæ septimo mense est in Hie-  
 rusalem, nempe in octauo mense, ubi omnibus anni ne-  
 gocijs completis nihil nisi feriæ restant &c. Quādo er-  
 gō Deus ipse, & locus, & tempus, & altare, & sacra-  
 ficia ita conueniunt apud nos, quis alibi, ut modo dicā  
 inter hostes, quæret meliora? Itaque Hieroboam, ut  
 hæc sibi stabiliret, abiecit sacerdotes & leuitas qui le-  
 ge Dei docti erant, ne docerent aut ministrarent. unde  
 relictis ubiq; suis sedibus abominati sunt impietatem, et  
 fugerunt in Hierusalem, ut dicitur. 2. Paral. 11. sicut ho-  
 die fugimus in Saxoniam Friderici pacifici Salomonis,  
 modo agnoscat Deum protectorem. Constituit uerò ex  
 infima plebe sacerdotes indoctos, impios, & quos sibi  
 haberet obnoxios, quales hodie faciūt sacerdotes quæ-  
 stuarios, & qui nihil nouerunt quàm auertere uulgus  
 à Deo. Hæc impietas perpetua facta est omnibus regi-  
 bus & populo Israël, donec è terris ablati sunt. In quo  
 uides quàm nihil sit in rebus salutis argumentum lon-  
 gæ præscriptionis, quo hodie dicunt, Per tantum tem-  
 pus potuimus errare? Hoc scilicet pmitteret deus? etc.

Neq;

R'EGVM. CAPVT XIII. 71

Neq; uerò quandoq; etiam in Iuda ab isto abstinuerunt peccato, ut uidebis in historia. Hic negocium erat Prophetis, ut uides in eorum scriptis, quæ restant, sed ut heretici habiti sunt & condemnati, qui tantam sanctitatē ausi fuerant condemnare.

Vsq; in Dan.

Ita populus semper propensus est ad ea quæ non sunt Dei sub specie tamen pietatis, ut magis curet ea quam quæ Dei sunt. Pietas nõ tanto studio colitur etiam inter pios &c.

Quem finxerat.

Hic est fons & summa idololatriæ & omnis uanæ religionis, Prophetæ uocant adinventiones & doctrinas humanas, Paulus doctrinas demoniorum.

Qui hodie utulum aurum adorent diximus nunquam in psalmis.

CAPVT XIII.

**D**VO in hoc capite uidenda sunt. Alterum impietas & excæcatio Hieroboam ad tanta signa nõ resipiscentis, ut uideas quod Christus dixit. Si Moysen & Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis surrexerit credent. Horrendum est uidere in historia filiorum Israël qui perierunt uisis tot miraculis in deserto. Miracula admonent quidẽ sicut & uerba sacra, *Miracula*



sed ubi deus ad cor non admittitur, ubi deus nō docet, ut illa frustra uidentur, ita hæc uane audiuntur. Hoc scilicet est quod in fine huius cap. dicitur. Post uerba hæc &c. Id quod est contra eos qui dicunt in Matthæo, Si fuissetis in diebus patrum nostrorum non essemus socij eorum in sanguine Prophetarum. q. d. si uidissetis ea mirabilia & audissetis ea uerba, quæ illi uiderunt et audierunt, liberum arbitrium sibi fingunt, sed audiunt: Vos implete mensuram patrum uestrorum. Alteri q. sanctus Propheta decipitur & occiditur, sed tamen accepta mortis sententia sanctus manet, agnoscit enim errorem & Dei se cōmittit uoluntati, quemadmodum Moyses, qui & ipse mortis accepit sententiam propter

Credendū incredulitatē ad aquas contradictionis. Hoc loco sum uerbo dei. me notandum, quā uelit deus nos simpliciter herere in suo uerbo, ut accepto semel uerbo, non respiciamus ad alia huic uerbo diuersa, quantacunq; specie fulgeāt sanctitatis, etiam si miraculum aliquod uideas, quia per miraculum tentat te Deus, Deut. 13. & nos nimium seducti sumus mendacibus signis, quemadmodum prædixerat Paulus. 2. Thess. 2. iam si etiā signo credere non debes contra certū dei uerbum, quomodo nō stultū iudicas credere uerbis hominū sine signis contra manifestum dei uerbum? Id quod tamen hodie cogunt, nempe ut credamus Gregorio, Hieronymo &c. in ijs contra que habemus manifesta et certissima dei uerba. At autē

Sancti

Sancti fuerunt, ergo errare non potuerunt. Primum stulticia est illatio, quam ex nullis sanctorum uerborum historijs probare licet, Deinde ex sanctis Deos facis quos adoramus, dum eorum uerba suscipi uis ut dei, quando deus solum suum suscipi uult, et uetat, ne quid uel addas uel auferas &c. Vide uel hanc historiam, Propheta in Bethel bonus uir erat, credidit enim ut audiuit prophetiam esse ueram, id quod et dicit in sine fere capitis. Profecto enim ueniet et c. et beatum se iudicabat si ille Propheta cum ipso manducaret, Hinc tanto negotio eum reuocat, sed ubi audit Prophetam non debere illic edere, fallitur ipse sua bona intentione, et mentitur sibi reuelatum ut edatur illic, Cogitat sic, deus non indignabitur si beneficium acceperit hic Propheta a me. imo hoc opus ei semper placuit et mandat quoque in lege, ut maxime prohibuerit haec accipi a Hieroboam et impijs alijs, nihil hic obsuerit officioso amicum fallere mendacio. Et quemadmodum hic fallitur, ita multo amplius fallitur alter, qui credit istis uerbis contra uerbum certum dei quod habet. Qui etiam credere non debuisset, etiam si deus alteri hoc reuelasset et non ipsi, quia tentatio dei fuisset, utrum in uerbo uellet manere. Bonae igitur intentiones hic nihil sunt, et uerba humana contra deum manifestum uerbum damnatio sunt.

Ecce filius.

Impletum. 4. Regum. 23.

## Exaruit.

Quia deus damnauit omnia opera eius bona & cultū dei impium, erant enim non secundum Dei uerbum & non ex fide. Redit uerò sanitas ut uideat quid deus possit & timeat grauiora, quemadmodum subinde rediit remedium plagato Pharaoni, sed frustra &c.

## Dei tui.

Impius deum suum non audet dicere in ista plaga.

## Sic enim mandatum.

Sic & Christus iubet ut nihil suscipiamus ab ijs qui cōtemnunt uerbum. Excutite etiam, inquit, pulcrem pedum uestrorum.

Asinus tutus est à leone sicut & cadauer, Occidere leo potuit, uorare nō potuit, deo sanctū corpus custodiēte propter uiuos non propter mortuū, ut uideretur hoc opus Dei non fortuitum, secundum quod prædixerat uox Dei.

## In sepulchro.

Hoc sepulchrum Iosias uoluit esse intactum, ut in historia uidebis.

## CAPVT XIII.

**P**Rædicit per Prophetam deus se eradicaturū nō solum radicem Hieroboam, sed etiam radicem Israël propter peccatū idololatriæ, quod relicto uerbo dei aliud effuxerunt sibi & secuti sunt quasi ad dei honorem, id quod impletum sequens historia declarat, uide

uide & 4. Reg. 17. Et quod hæc omnia futura sunt certū signum adijcitur, quemadmodum prophetis mos est, de puero morituro ad reuersionē matris. Nec tamē respicit induratus est Pharao, ut uideas quod superiori cap. diximus, uasa iræ dei parata in interitum et nullis signis, nullis admonitionibus posse credere, ut discamus mere iudicia Dei. Accedit ad impietatem Hieroboam, quod ueracem credit prophetam, qui ei regnum prophetauerat, & tamen contemnit &c.

Vasa iræ.

Mingentem J. 1. Reg. 15.

Clausum J. Id est, illum qui abiectus est ad carcerē.

Nouissimum, Vel derelictum, id est, contemptum ab omnibus. Alludit ad expurgationem diligentē domus, ubi etiā illud eijcitur quod in angulis latitabat, & quod etiam contemni potuisset si non eijceretur, q. d. diligenter scrutabor omnia quæ sunt Hieroboam, ut successio eius de terra perdatur.

Constituēt. Vide cap. sequenti de Baasa rege, qui occidit omne semen Hieroboam. Ita malos cōstituit deus ut per eos sua iudicia exerceat, quos tamē rursus ob impietatem perdit ut Baasam, infra cap. 16.

In hac die. Lege, In illa die, & quid est quod etiam iam sit? q. d. Etiam nūc incipit perdere dominus Hieroboam quia filium successorem occidit &c.

Et percutiet dominus. J. 4. Reg. 17.

Trans flumen J. Id est, Euphraten, qui ad Assyrios adducti sunt.

Reliqua



Reliqua. *Ista non habemus in literis quæ extât, ut supra nonnunquam diximus in historia Salomonis. Sub Roboam tribus annis pie uixerût ut est in Paralip. 12. Sed recedunt à deo nõ minus impie quã regnum Israël, non solum ut patres ipsorum in deserto olim, & in terra sua tempore Iudicum, sed etiam grauius imitati sunt abominanda, quæ Cananæi illic olim fecerant, quorum exemplum, quod eiectioni fuissent ex terra illa per Deum, nihil terret ipsos, neq; admonet locus sanctus ubi cultus & uerbum dei est, nempe Hierusalem, sed populus impius deserto Deo impium regem sequitur, & hic impiã matrem, quæ ex Ammonitis erat, pars etiam seductionis Salomonis patris Roboam. Idcirco, ut uideant iratum Deum per regem Aegypti, auferuntur apostatis quæ sub Salomone pijs donata erant. Nõ est pax impijs dicit dominus. Cum itaq; ista iudicia uideamus, orandũ sancto timore ne deus nos deserat. Omnibus istis impietatibus inquinari possumus, si non deus nostra corda conseruet.*

*Effœminati. Heb. Scortatores contra legem Deut. 23.*

C A P V T X V.

**I**ste Abia rex Iuda, ubi confisus est domino deo cum suo populo, fortior factus est aduersarijs Israëlitis, id quod lege 2 Paralip. 13, ut uideas solam in Deum fiduciam

etiam saluare, nō robur exercitus et uirium humanarū,  
Sed o profunditatem iudiciorum dei. Deus per hæc ad  
flixit Israëlem, & Abia cum populo grauius dānatur,  
dum ad impietatē, ut hic dicitur, deficit, post nō solum  
agnitam, sed etiam expertam dei benignitatem.

Maacha filia Abisalom.

Sic quoq; legis. 2. Par. 11. sed illic ca. 13. dicitur Michaiā  
filia Vriē, ut uideas non esse errorem, dum utrunq; in  
uno libro legis. Binomios tunc fuisse multos constat  
quemadmodum & pater Dauid dicitur Iesse & Isai.

Propter Dauid. De hac oratione supra dixi-  
mus. Eo quod fecisset rectum, scilicet quādo ipse rectus  
iam erat à deo factus id quod tā sepe canit in suis psal-  
mis. Sed ais, meritum hic uideo, Respondeo. Istud me Meritum.  
ritum sequitur ex eo quod deus nos sanctos fecit, ut pos-  
simus sancte uiuere & agere, quod si non faceret nos  
sanctos, non possemus neque sancte agere neque sancte  
uiuere. Itaque quod Augustinus ait, deus coronat in  
nobis sua dona, uide quæ ipse Dauid dicat. 2. Reg. 7.  
Vbi in solas dei respicit promissiones.

Excepto. Hoc additū est. Primum, ne impij pu-  
tarent in laude Dauidis cōtineri quoq; homicidiū eius  
& adulterium. Deinde ut sciamus sanctos, quos Deus  
amat, peccare, et tamē postea redire ad sanctitatē igno-  
scente deo, id qđ interim peccatoribus solacij uice est.

Verba

Verba dierum siue Chronica regum Iuda extant,  
Nam sunt liber Paralipomenon, Regum autem Israel  
non extant.

Asa pius rex est, qui subuertit idololatriam & con-  
fedit domino, id quod indicat eius quoq; oratio 2. Pa-  
ralip. 14. Hic uides quã abominanda idololatria fuerit  
etiam in Iuda, ubi omnia sacra Dei erant, & lex Dei  
prædicabatur à sacerdotibus, ut non mireris de Israël-  
tales sumus, si nõ exterius, tamen corde, ubi descriimur  
à Deo. Præterea hic quedam sunt non contemnenda,  
nempe hoc quod & de alijs quibusdam leges, quod Ex-  
celsa non abstulit, id est, sacella et altaria in montibus,  
in quibus colebatur quidem & adorabatur uerus deus,  
sed tamen contra legem, quæ uetuerat ne sibi eligerent  
locos ad cultum dei præter unum quem elegisset deus.  
Debit ergo hæc auferre rex & non fecit, & tamen  
scriptura dicit. Verum tamen cor Asa perfectum erat  
&c. Ut uideas hoc ipsum ei non imputatum, dũ omnia  
unus non potuit, credo propter populum, infirmorem  
qui idololatria seductus erat, ne rex cum idolis uide-  
tur etiam tollere cultum ueri dei. Quemadmodum  
dum nos per Euangelium reducimus populum ad ue-  
rum Dei cultum, quod per nos Deus non efficit, com-  
mittimus ei ut efficiat per secuturos, tamen non proba-  
mus quod interim ista nõ corriguntur, sed contra ei sen-  
timus & dicimus. Hoc est non omnia facere, et tamen  
habere

Excelsa.

REGVM CAPVT XVI. 79

habere cor rectum. Sed quid est quod rectum cor scribitur habuisse cunctis diebus uitæ suæ, qui, ut scribitur 2 Paralip. 16. grauius peccat fidendo copijs Syrorum, & præterea grauius iritat deum, dum prophetam increpantem coniecit in neruum: Item accusatur quod in podagra non quæsierit donum, sed magis confusus sit in arte medicorum. Quid inquam, hoc est aliud quam quod postea hæc omnia non imputata sint ei, ignoscere deo? quem admodum similia diximus psal. 33.

Priapi. Miplezeth in Heb. nominatur hoc idolum qualecunq; fuerit &c.

Intulit. Pater Abia forte de spolijs ab Israël in prælio. 2. Par. 13. ablatis, sanctificauerat domino, quæ postea per impietatem non reddiderat.

Domum J Hebraicum debebat relinqui Beth.

Regionis Cimeroth.

Quæ est citra Iordanem, mentio fit Iosue. 13.

Nadab. Redit ad historiam intermissam, ut indicet ueritatem uerbi quod prædixerat Deus de domo Hieroboam.

CAPVT XVI.

DE perditione Baasa diximus cap. superiori, grauius & magis indurato corde peccare uidetur, quod non solum prophetam contemnit, sed etiam nihil terret exemplum Hieroboam cū tota sua domo occisi,

cui



cui similia prædicta erant. Sed putant impij quãdo sunt ministri iudicij dei, ut hic Baasa cõtra Roboam, se suis consilijs & uiribus illa effcisse quæ deus per eos fecit, quemadmodũ gloriatur Assyrius Esa. 10. Idcirco superbia mentis excæcati, iudicia quæ in alios uident facta timere non possunt, & uerbum quod ad ipsos mittitur odio habent & persequuntur.

**Exaltaui.** Superiori capite dixerat. Cõstituet autem sibi dominus regem &c. Ut uideas locum Pauli Ro. 13. Omnis potestas à deo est &c. Et illud Christi ad Pilatũ, Nõ haberes potestatem &c. Inde iubent apostoli obedire magistratibus etiã impijs, modo nõ cõtra deũ. Posteriora ] uel posteros.

### Qui mortuus.

Significat non habitura cadauera eorum honorem sepulture sicut supra de Hieroboã, cuius unus filius tantum illatus est in sepulchrum cum honore.

**Occidit.** Ex Heb. Non uidetur occisum prophetam, sed hoc potius referri ad occisionem domus Hieroboam, ut uideas peccasse Baasa quãdo præstitit quod dominus prædixerat. Nam impij hic non seruiunt Dei uoluntati sed suis cupiditatibus, ideo & propter illa pereunt & damnantur quæ faciunt, non quia Deus uult sed tamen Deo uolente, quemadmodum de Assyria diximus Esa. 10. Debebat populus Dei puniri, sed ta-

men peccabant qui puniebant, nisi putes etiam diabolum non peccare.

**Bibens.** Dum securi sunt impij uenit mors super ipsos. quemadmodum de Nabal stulto diximus.

**Samri.** Vel Simri incidit in eadem dei iudicia in qua superiores, prater hoc quod ne regnare quidem ad tempus ei datur, sed statim suarum insidiarum, quas tamen deus uoluerat, accipit mercedem. In tentatione facit quod solent qui Deum non habent, id est, summa desperatione moritur, quemadmodum Cain, Saul, Iudas.

### Tunc diuisus.

Qui permanere potuit populus, qui ut perpetua idolatria, ita et perpetua discordia et occisione Regum laborauit? Ita necesse est illic fieri, ubi deus abiicitur, qui antea agnoscebatur liberator. Quod uero melius uidetur habere qui nunquam deum habuerunt, magis horrendo fit iudicio, si quis uidere posset. Nos autem orare debemus, ut tranquillam sub regibus etiam impijs agamus uitam, quemadmodum Paulus docet, fit enim ut propter paucos bonos deus benefaciat multis, alioqui cur parcere uoluit Sodomis si pauci illic iusti inuenti fuissent? &c.

Media pars sequebatur Thebni.

Ma scilicet pars, que antea elegerat Samri uel ei consenserat.

Emitque montem Samariæ a Somer.

82 ANNOT. IN PRIMVM LIB.

Vel Semer, &c. Nota hoc loco unde dicta Samaria, Posthac Samaria regalis ciuitas est, unde regnū decem tribuū Samaria adpellatur. Samaritani autē ab isto loco gentiles postea appellati sunt, qui à rege Assyriorum in has terras ablatis Israëlitis missi sunt, ut infrā uides libro. 4. capite. 17.

Achab.

Rex Israël super oēs priores reges impius est, ut enim uera pietas crescit, ita & impietas minor fieri nequit, donec (inquit Paulus de quibusdam) compleant peccata sua semper. Addit suæ impietati aptam consortē Iezabel uel Isebel lege prohibitā. Nam Sidonij ad Cananæam terram Iudæis promissam pertinent, cum quibus nulla foedera licebat inire aut eorū filias accipere &c. quæ diximus de uxoribus Salomonis. Hinc non solum impiā hypocrisim sequitur Hieroboam regis, qui persuadebat in uitulis coli deum Israël, sed etiam manifestam idololatriam gentium erigit, nihil ueritus historias patrum impiorum, qui in deserto & tempore Iudicium cultu Baal & alienorum deorū perierant, sed neque efficacia uerba & præsentia miracula, tamq̃; diuturna Helie prophetae, quem tunc suscitabat deus, efficere potuerunt ut rex resipisceret, De qua obstinatione nōnihil suprà in alijs historijs diximus.

Hiericho,

Legē

## REGVM. CAPVT XVII. 83

Lege hoc prædictum uel imprecatū ædificatori, Iosua  
 6. Implentur prophetiæ antequam uidentur. Non erat  
 reædificanda Hiericho, ubi autem reædificata est ma-  
 net & habitat populus in ea in qua & Christus legitur  
 quandoq; fuisse, quemadmodum nõ erat eligendus rex  
 Israël, & tamen electus manet & c.

## CAPVT XVII.

**Q**uod insignes prophetas Heliã, Helisæũ & alios  
 missurus erat deus regno Israël siue Ioseph, Ia-  
 cob prædixerat Gen. 49. dicēs, Fiant ex Io-  
 seph capita & supremi Nazar. ei inter fratres eius. ma-  
 gna benedictio certè tãtos mitti uerbi dei doctores, q̃a  
 uerbũ dei frustra à mitti non p̃ot, quin faciat in quibusdã  
 fructũ salutis, ut Esai. 55. quemadmodũ contrã magna  
 maledictio est cũ tales auferuntur, Esa. 5. Mandabo nu-  
 bibus & c. Amos. 8. Emittã famem audiendi uerbũ do-  
 mini. Sed quanto hæc maior gratia est resipiscētibz,  
 tanto maior dãnatio est impijs regibus et populo uer-  
 bi dei cõtemptoribus. Non enim (quẽadmodũ & nobis  
 hodie gratiam facit) perpetuo deus inuitis obtrudit bo-  
 nos prophetas, id est, prædicatores & rectores, sed tan-  
 dẽ aufert cõtemptores de terra, id quod sequẽs historia  
 declarabit. Magno uerò spiritu fuit Heliã, id quod uel  
 principiũ prophetiæ eius declarat, qui sp̃s Heliæ re-  
 diturus prædicebatur à Malachia ante Mesũ in Ioan-  
 ne Baptista, ut interpretatur Christus bis in Mattheo,

Heliã.



31. ANNOT. IN PRIMVM LIB.

et angelus in Luca. Ex hac historia ille Iacobus accipit argumentū de orandi fiducia dicens. Helias homo erat similis nobis &c. Non dubium quin indignitate rei mortuus orauerit contra regem & regnum, ut deus cōtemporibus negaret sua dona. Sed hic propheta qui potest cœlū claudere ne pluat, qui potest rursus aperire ut pluat, qui potest mortuos suscitare, interim tentatur quasi & ipse sit fame periturus, ut uideas quid hac tentatione agat deus in sanctis quoq;. Semper enim Deus beneficio nutritionis pater uoluit agnosci, ut omnē huius uitæ sollicitudinē ei cōmittentes ex ipso solo penderemus. hoc est quod Iacob dicit, Domine qui pascis me à iuuentute mea, Et Psal. Qui pascis Israël intēde &c. Et Paulus in Actis. Qui in præteritis generatiōibus dimisit &c. Verū uides qui provideat ei deus, ut ubi humanū auxilium nullū est, corui etiam pascant, imò etiā uidua pascat quæ cibū nō habet, quæ & præterea cum tota domo in fame dei miraculo pascitur propter unū istum Heliam. Neq; uero tam beneficia accipit à uidua Helias quàm præstat. primum uictum, deinde resuscitatum filium, præterea Dei per uerbum & miracula cognitionem. Gentilem autē fuisse uiduam præter hoc q; hic Sidonia dicitur etiam Christus indicat Luca. 4. ubi duobus exēplis ueteris historiæ fidem subindicat gentium, et Iudæorum obstinaciam. Id quod Iudæi illic indignissime ferunt. Itaq; uides iustum tentari quidem factum, non

me, non tamen perire, & ordinatione dei iustos etiam indigere minimis, dum maxima per Deū operantur, ut non obliuiscantur qui ex se sint, Id quod & clare quomq; uidebis duobus capitibus sequentibus.

### Recede hinc.

Vides q; uerbo dei pascitur et sat habet, credit enī huic uerbo dū cibū nō uidet. Nō enim in solo pane &c.

### Non habeo panem.

Tentatio fuisse prophetæ nisi hæssisset in uerbo. Cogitasset enim, huc misit me deus ubi nō est panis, sicut diffisi sunt filij Israhel in deserto.

### En colligo.

Sūma penuria significatur. Stulti quidā ex duobus his lignis sanctam crucem interpretati sunt.

### Noli timere.

Fidē exigit à muliere uerbis dei, sed tentat grauius dū iubet sibi primū fieri panē, uidebatur enim postea uel nihil uel minus restare. Hic uides illud Psal. Nihil deest timentibus deum. Diuites eguerunt &c.

### Aegrotauit.

Vicerat hæc mulier tentationem de uictu, sed hic mortuo filio desperat propter peccata, In angustia enī ( ut fit) peccatis suis omne infortuniū refert acceptum: ita etiā ut hoc sibi exitio esse corā deo credat, q; peccatrix sanctum uirū indigno hospitio susceperit. Hæc ha-

bent adflicta cōscientiæ quæ horrorē inferorū sentiūt,  
 ut oia etiā optima contrā se interpretentur, quasi etiā  
 deus nō solū deserat sed etiā pugnet contrā ipsas. Verū  
 istis tentationibus, ut hæc mulier, erudimur, ut fidamus  
 deo in oibus siue corporalibus siue spūalibus necessita-  
 tibus, qui deducit ad inferos & reducit. Quis iam non  
 uidet in domo huius uiduæ planè esse regnum cœlorū?  
 quam amphorem gratiam faceret alibi deus? agnosci-  
 tur illic ut pater & in omnibus saluator.

### Mensus est,

Multa agit Propheta dum nō statim exauditur, & ad-  
 fectus quo laborat apud deū ista opera facit, quæ alio-  
 qui nihil sunt ad resurrectionem mortui, quæ si alius fa-  
 ceret, quid efficeret? Stulti ergo sunt qui facta sancto-  
 rum imitari uolūt, cum sancti omnia fecerint per fidē,  
 Hebr. 11. Acceperunt mulieres &c.

### Nunc cognoui.

Scilicet non ex uerbis solum, sed etiā experientia, Hæc  
 est fides tentationibus probata.

## CAPVT XVIII.

**Z**elus Helia pro deo hoc capite describitur, dū oēs  
 prophetas Baal occidit, & Deū Israël manifesto  
 miraculo declarat. Impauido hic in omnibus etiā con-  
 trā regem est animo, ut uideas spiritum quem habuerit  
 Ioannes contrā Herodem & phariseos, qui scribeba-  
 tur in

itur in spiritu Helie uenturus.

In anno tertio.

Non à prohibitionē pluuię, sed postquā Helias, fame occupante terrā iussu dei abierat ad torrentē Carith, & inde ad uiduā. quis enim nō uidet Heliam nō statim prohibita pluuiā abiisse, dū panis nondū defecerat? Alioquin nō cōueniet huc qđ Christus dicit Luca. 4. & Iacobus cap. 5. id quod forte scriptum fuit in Chronicis regum Israēl, quę ut suprā diximus, nunc non extant.

Vt de pluuiam.

Hęc est prouidētia dei erga homines licet ingratos et impios. Si pro illis curam agit, qui derelinqueret fideles? Tamen manifesto signo per Heliam uult dare pluuiam, ne putetur Helias istam præteritam siccitatem uirtute dei non fecisse, sed alijs causis, quemadmodum solet impietas humana, adscriberetur.

Abdias qui seruit regi forte est propheta cuius liber extat, Hic abscondos centū pauit prophetas domini dū omnes quę eruntur ad mortem, Interim ueris prophetis negabatur panis & aqua. imò ipsa uita, quando diaboli prophete nutriebantur cibo regio octingenti quinquaginta. Ista impietas & impia liberalitas semper manebit in ijs quę sunt contrā deum, sub specie tamen cultus dei, Veros autē prophetas preciosiores habet deus quā ut honorentur à mūdo. Ipse ut solus agnoscit eos, ita et solus honorat et eis prouidet.



## Dixit ergo Achab.

Per hoc significatur istic omnia fuisse in summa desperatione, ita ut ne herba quidem iumentis præ siccitate inueniretur &c.

## Quid peccaui.

Timet corpori si nunciet regi adesse Heliam, et postea transferat dominus Heliam ut non inueniatur, quemadmodum hactenus protegente domino inueniri non potuit. Timet quoque salutem suam coram deo si non obediat uoci Prophetæ, Adcirco orat ne hoc ei mandetur.

## Conturbas.

Scilicet prohibendo pluuiam & auertendo à dei cultu. Ita impij uerbū dei hodie quoque iudicant populi turbationē.

## Claudicatis.

Scilicet uolentes seruire Baal & deo uero. id quod est deum uerum abijcere, utcumque fingatis religiosum Dei cultum, quem uerbū dei ignorat atque adeo contemnit.

## Transiliebant.

Potius. Saliebāt circū altare pro more suo. Sacerdotes Baal faciūt multa ad sanguinis usque effusionē. Helias sola fiducia in deū quiescit, quēadmodū in isto uides credentes qui ex deo pendent, ita in illis incredulos iusticiarios, qui operibus et cruciatibus cōfidunt et torquent se frustra. Nō ad honorē carnis ait apostolus &c.

Restituit primū altare domini quod illic olim fuerat, id

rat, id quod putatur factum à Saule. 1. Reg. 14. & refi-  
cit illud XII. lapidibus iuxta numerum duodecim tri-  
buum Israël, ut agnosceretur hoc altare esse illius Dei  
qui nomen imposuerat Israël, ut legis in Genesi.

### Quasi per duas.

Heb. Ad latitudinē duorū satorum. Satum est mensura  
quædā frumenti apud Hebræos. Matth. 13. Tria sata fa-

Aquā iubet abunde fundi, ut ignis (rinc & c.  
miraculum nobilius fiat, quo declarat se deus populo,  
& uerbū Helie indicat esse dei. Ignis uerò è cælis uo-  
rat holocaustum, ut declaretur hoc acceptum Deo, ut  
holocaustum Abrahæ, Aaron, Salomonis & c.

Quia idololatriam abstulerat, miraculo dei dat eti-  
am pluuiam de cælo, ut agnoscant omnes quod à Deo  
non à Baal alantur, fiducia uerbi Dei nobis benedicit,  
male dictus qui confidit in aliud.

### Septem uicibus.

Tentatur fides prophetæ dū orat ad deū nihil diffusus.

### Manus domini.

Id est, accēdebatur spiritui & fortitudine dei ut curre-  
ret ante currum gaudens. Iam omnia deinceps salua in  
dei cultu futura sperabat Helias sed frustra. Non enim  
fit quod nos cogitamus, ut cōmittamus omnia deo.

Gladius  
Christiani



Vnt qui gladio sc̄uicndum putant Chri-  
stianis in impios, id est, eos qui Euange-  
lium nō suscipiunt, dicentes, Helias sic  
fecit, Iosias sic fecit, Phinees sic fecit. Et  
ita uolunt nobis ex factis sanctorum facere legem, ut et  
ipsi sic faciamus, contrā manifesta uerba. Qui accepe-  
rit gladium, gladio peribit. Accipite gladium quod est  
uerbum dei, Impium occidet Christus spiritu laborum  
suorum. Si quis prophetam illum non audierit, ego  
ultor existam. Sic igitur accipe. Si Deus eo zelo quo  
illos te instigauerit, fac quod illi, fac quod Iesus eijci-  
ens ementes & uendentes ē templo: Sed uide ne ze-  
lus non sit secundum Deum, quemadmodum Petri, qui  
cepit gladio pugnare & prohibitus est à Christo. Vi-  
de quoq; ne penitus sit à diabolo, Non est quorūcun-  
q; spirituum ille zelus. Cur etiā illi non uident hanc hi-  
storiā, quod propheta tantus hic desertus à deo omni-  
no iacet, & mulieris timet comminationem, ut uideas  
non solum hic infirmitatem sanctorum ad nostri conso-  
lationem, si quādoq; mortem timuerimus propter ue-  
ritatem nobis intentatā, sed etiam quæ ante facta sunt,  
non Heliam sed Deum per Heliam fecisse. Expectato  
ergo & tu Deum, si quandoq; agere uoluerit per te de  
quo non habes singulare præceptum, atq; adeo cōtra-  
rium præceptum, ut diximus.

Nunciauit. Plus Rex amat Iesabelem, quā

Deum

REGVM. CAPVT XIX. 91

deū cuius opera uiderat, et uidetur non satis æquo ani-  
mo tulisse occisionem prophetarum Baal, dum probi-  
bere prophetam & uulgus non ausus fuit, sed presens  
approbauit sententiam mortis contra illos, quos Deus  
ipse manifesto impios declarauerat.

Hæc mihi J iuramentum gentile.

Berſebe J Vide locum Gen. 21.

Vt moreretur. Vſque adeo iam derelictus eſt  
propheta. A deo potius uult occidi quam à regina, ut  
non dicam quod amplius non poteſt uidere impietatem  
illuc quemadmodum de Loth dicitur. 2. Pet. 2.

Et ecce Angelus.

Hæc eſt dei patris cura erga ſuos, qui antea à coruis et  
à uidua paſtus erat, iam ab omnibus creaturis, ut uide-  
batur, derelictus, ab angelo paſcitur. Non poſſunt cre-  
dentes utcuq; infirmi deo non eſſe curæ, non poſſunt  
ſame perire, ut iſto beneficio corporis certi ſint de re  
ſalutis. Neq; uero Deus tam per angelum quam per ſe-  
ipſum pauit, dum cibo illi contra naturam dat tantam  
uirtutem, ut intra XL. dies non eſuriat Helias, & ne  
cogitet quidẽ de edendo, ut liceret ei fugere per deſer-  
tum ubi non erant homines, quemadmodum infirmitas  
eius quam libẽter tulit deus tunc cupiebat. Grandis, ait  
angelus, tibi reſtat uia, ſciebat enim prophetam uelle  
fugere donec excederet in tantũ e regno Iſrael, ut que-  
ri non poſſet.

Credentes  
ſunt deo  
curæ

Ieiunium

Qui



92. ANNOT. IN PRIMVM LIB.

Qui hinc & ex ieiunio Moysi & Christi statuunt nobis ieiunium suæ quadragesimæ, cur intra XL. dies edunt & bibunt? & cur singulis annis uolunt fieri quod illi in uno anno tantum fecerunt? stulti quod ex factis sanctorum legem faciunt, deinde stultiores quod legem faciunt frustra ex illis factis quæ miracula sunt &c.

Ad montem dei.

Vbi deus olim dederat legem, in deserto Sina. Interrogatio uero Dei increpatio est infirmitatis prophetae. Speluncam eandem quidam putant in qua Moyses uiderat posteriora dei. Exo. 33.

Altaria dicit quæ illic olim fuerant deo erecta, quando adhuc non erat reuelatus locus cultus dei in Hierusalem, aut quæ etiam nunc erecta fuerant Deo dum populus non potuit ire in Hierusalem, quæ licet lex non probaret, tamen iam, non propter legem Dei sed propter dei contemptum, uastata erant, in dei contumeliam, id quod deus non potest ferre etiam in ijs quæ alioqui non probat, ut si quis non cum gratiarum actione sed cum contemptu dei infelici conscientia edat carnes feria sexta &c. Non probat deus ut abstineas à carnibus per superstitionem, contemptum tamen qui feret?

Egredere & sta.

Tentatio propheta- rum. Ecce propheta hic habet uerbum dei, sed ab isto uerbo impedit cum Deus grauius tentationibus, tamen hæret

ret in uerbo, paratus exire ubi per deum licet, Horrenda tempestas pertransit montes, frangens & petras, in de commotio terræ. Inde ignis, sed in ijs omnibus non est dominus, Christianus homo his terroribus Dei tentatur quasi deus pugnet contra ipsum, uastaturus, subuersurus & cōbusturus omnia, sed tamen interim, ubi etiam sibi desperare uidetur, manet adfectus quidā spiritus occultissimus, qui dicit, alius est deus meus nō in his est, adiuua me deus, ut clausis oculis & sensibus ista quæ sunt fidei tentatio, sinam pertransire. Inde uenit sibilus auræ tenuis, quæ animum facit accedendi ad deum secundum uerbum eius. Hæc est post tentationem consolatio spiritus. Vides quanta faciat deus, ut propheta rursum recipiat animum per deum, qui sine istis potuisset eum fortificare, nisi sciret ita oportere eū agere erga nos, id est, erga carnem & sanguinem & c.

Auerte etiam hic contra tumultuosos spiritus, qui spiritu dicunt se urgeri ad turbas excitandas, quod non in tēpestate, non in terræ motu, nō in igne, sed in sibi illo auræ tenuis acceditur ad deū, imō deus accedit ad nos.

Vade. Confortatum spiritu rursum mittit dicēs, uade, q. d. Impietatem quā tu doles ego uindicabo per regem Syriæ quem unges, per regem Iehu in Israel quē quoq; unges, de quibus infra lib. 4. cap. 9. & 10. & c. & per Helisæum quem unges in prophetam, ut illi occidant

occidant gladio ferreo. Hic autem qui residui fuerint occidat gladio spiritus, id est, dura increpatione uerbi dei, quosdam ut conuertantur, quosdam ut amplius excæcentur, quemadmodum dictum est Esaiæ, Excæca cor populi huius &c.

**Et derelinquam,** Scilicet qui non occidantur sed uiuât etiam coram me. Errauit hic iudicium Heliae qui putabat se relictum solum. Errabimus & nos dum deus solus nouit qui sunt sui. Vbi omnia ceciðisse putamus adhuc forte deus habet suos, ex septem milibus utrorum ne unum quidem nouit Helias. Vide Ro. 11.

**Adorauerit.** Potius Osculatum est. Nam quod additur, Osculans manum, non est in Heb. Osculatur Baal qui cultum Dei alienum laudat & predicat &c.

Pallium non hic operabatur, sed spiritus per uerbũ, quod commiserat ei dominus, sed isto signo uoluit propheta declarare Heliseo dei uocationem, quemadmodum impositione manuum apostoli faciebant episcopos, id est, pastores in ciuitatibus & alios mittebant alio predicatores.

**Vade & reuertere.**

Id est, permitto tibi hunc carnis affectum ut salutes parentes, sed tamen ut reuertaris, id est, propter hunc affectum non deseras uocationem tuam. Nemo enim mittens manum ad aratrum &c. Alioqui audit alius,

Sine mortuos sepelire mortuos suos.

Maſtauit, id est, sacrificauit, & de sacrificio fecit suis conuiuium, ut sciret se uocatum à Deo, simul & gratias ageret deo de uocatione. Nō respexit in sua, quæ dereliquit, alioqui certe non contemnenda, sed in uoluntatem dei uocantis.

## CAPVT XX.

**D**Eus tam multos ac potētes suscitauit Israëlī aduersarios, & in summa desperatione per prophetas suos promittit & præstat salutem. Vt uel sic sciāt quod ipse est dominus, quemadmodum hic propheta inculcant, sed frustra. Vt enim nemo hic in periculo inuocat dominum, ita nemo de saluatione gratias agit, quin semper ad deteriora & magis impia iur, ut sequentia indicant. Non ergo assequitur his suis miraculis Deus ut agnoscat ipse, sed potius ut rex cū populo grauiori iudicio fiat obnoxius, quōadmodum & Christus dixit, Nunc autem uiderunt & oderunt & me & patrē meum. Hic interim impijssimus rex maxime uidetur obsequi uerbo Dei, dum propheta sancti loquuntur quæ ipse libenter audit, & dum prospere omnia succedunt, quemadmodum Saul audit Samuelem. Victor uero nō agnoscit Dei uerbum, sed seruat Benhadad, quemadmodum Saul Agag. Hic quid peccarit uide in historia

Saulis.



Saulis. Vnde peccatum addit, dum uerbum prophetae increpantis cum furia & indignatione contemnit, ut infra cap. 22. de Michæa dicit. Ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum sed malum.

Iuxta uerbum, Desperans tantæ multitudini se posse resistere submittit se Syrio, sperans ut acceptis muneribus aut tributo recedat.

### Quam insidietur nobis.

Potius, quàm pessime cogitet de nobis.

Omnia, Scilicet ut sim tuus cum omnibus meis.

Hanc autem &c. scilicet ut serui tui scrutentur domus nostras &c. Si suffecerit.

Id est, tam multus est populus meus ut si singuli unum pupillum terræ auferant, nõ satis sit tota Samaria, Hæ perbole certe superba.

Neglorietur. Acclinetus pergit in prælium, Discinctus, id est quæ iam posuit arma uictor uenit, è prælio, q. d. Non gloriare ante uictoriam, adhuc certamen in nis, non rediisti uictor &c.

Bibebat I securus de uictoria.

Confortare. Scilicet cõgregato exercitu & ad prælium necessarijs.

Dij montium. Impie gentes, quemadmodum & nostri iustitiarij deum & quæ dei sunt, locis, temporibus, personis, operibus & rebus externis alligant.

Tu ergo uerbum hoc fac.

Verba

Verba adhuc sunt seruorum regis Syriæ ad Syrum.

De Afec in Iosue.

In cubiculum. ] id est, in ualde paruum cubiculum.

Saccos

Esse humiliatorũ signa sæpe legis in scripturis. Aliquid uerò habere super caput, signum fuisse subiectionis uel seruitutis etiam Paulus indicat. 1. Cor. 11.

Rapuerunt uerbum.

Nam posthac, frater, dixerūt, qui dixerāt, seruus &c.

Percute. Hic erat percutiendũ quãdo uerbum domini iubebat, & nõ disceptadum an hoc esset peccatum. Peccauit ergò & tulit pœnam qui non percussit. Quo significatum est, regem periturũ qui nõ percussit rat regem Syriæ, quando dominus iusserat.

Abijt propheta.

Fingit se alium, ut extorqueat iudicium ex ore regis contra ipsum.

Cõminus. ] Hebr. In medio exercitus.

Turbarus.

Vel occupatus, id est, dum aliud ago.

Erit anima.

Infrà cap. 22.

CAPVT XXI.

**V**T indigne acceperat uerba prophete increpantis, ita insania tabescit Achab ob uerba Naboth  
G iusti,

iusti, uineam suā secundū legē dci eius cupiditati dē-  
 gantis. Quid enim tranquillū fuerit ubi abiectō deo re-  
 gnat impietas? Nihil moror q̄ prudētissimus & bonus  
 alioqui rex, secundū carnē, & regni in tēporalibus or-  
 dinationū, fuerit iudicio humano. Incōmodos maxime  
 iudico propter quorū iniquitatē, ut tunc Baalinam ita  
 nūc Antichristianā, clauditur cœlū, uenit bellum & to-  
 tum regnū uenūdatur ut faciat malū, nullū enim Dei  
 uerbū habet locum, ubi impij principes cogunt popu-  
 lum ut credat quē admodum ipsi credunt, dum interim  
 cor am Deo ignorent quid credāt, somnia humana &  
 ea quæ ipsorū fauent cupiditatibus sequūtur, dei autē  
 uoluntatem, quæ ex solo eius uerbo cognoscitur, perse-  
 quuntur. Væ impietati eorū. Habent hic illi descriptū  
 fucum suum, quando sub specie iustitiæ uolunt pr. edi-  
 cari innocentem, sed uideant etiam & suum propter  
 hoc à domino hic iudicium. Porro impijssima Iesabel  
 huic insaniæ regis medetur grauioribus peccatis, id quod  
 fieri nō potest. Cupiditatē quidem suā isto scelere asse-  
 quitur rex, sed cōscientia grauori iudicio fit obnoxia,  
 id quod sentiet tandem reuelato quādoq; peccato. Cō-  
 sentiunt hic impijssimi iudices & seniores in ciuitate  
 Iesraël, obsequentes impietati scientes & prudentes, ni-  
 hil ueriti Deum aut innocentiam. Tales ferē uidemus  
 ubiq; consiliarios, iudices, nobiles, potentes, seniores,  
 qui ut maxime iniustissima uideant peti à principibus,  
 obsequuntur

Cōsiliarij  
 iniqui.

obsequuntur tamen ne perdāt gratiā corū dicētes, Quid nos possumus contrā principem? princeps noster est, nos oportet obedire, quemadmodum obediuit & Ioab Dauidi contrā Vriam innocentem. Obedire quidem oportet magistratibus etiā impijs, sed nō contrā Deū. turpe est tales uocari hodie Christianos. Sed uide quanta impietate & in deū blasphemia res agatur; sub hypocrisi tamē magnæ religionis & iustitiæ, quē admodum nostri cōbuserunt Ioānem Hufs, & hodie in inferiori Germania Christi testes. Indicitur Ieiuniū, ut fallāt uulgus, quasi aliquid magni admissum sit in ciuitate quod Deus nō ferat, quemadmodū sanctificauerunt se olim filij Israēl quando occidendus erat Achan. Iosue. 7. Sedere faciūt Naboth inter primates, qui & ex infima cōditioe uidetur nō fuisse, restitit enim regi. ut indignius ferret uulgus illū egisse contrā regem, qui præ cæteris magis debebat regi esse obnoxius. Duos testes falsos curant quasi secundum legem, In ore duorū testium stet omne uerbū. Et ita blasphemus cōuincitur in deum & regē, regnū enim à Deo erat ordinatū sicut oīa regnā ut cunq; impia. Blasphemus in deum lege occiditur, & mandatum est, Principi populi tui nō maledices. Præterea et hoc impietatis aduerte, quod legis cōtemptores Iesabel & alij hic lege abutuntur pro sua cupiditate, quemadmodum qui hodie omnem suam impietatem libenter statuerent ex sacris literis si possent.



## Ne dem hæreditatem.

Contrà legem, Num. ult. Potuerunt quidem uendi hæ-  
reditates, sed non nisi in necessitate, quæ tamen redibât  
in anno Iubilæo. Hic nulla erat necessitas, & perpetua  
possessio quærebatur.

## Benedixit.

Id est, maledixit. Adeo abominanda erat blasphemia, ut  
cōtrario uerbo eam significarent. ut & Iob. 2. Benedic  
dño & morere, Ex re tamē quæ agebatur et circūstan-  
tia orationis certò intelligebatur maledictionē signifi-

Quod cum audisset. (cari-

Vides regem approbare omnia quæ facta sunt. Appa-  
ret & filios Naboth postea occisos, ex. 4. Reg. 9.

Si pœnitentia tēporalis ob præsens iudicium, quod  
Achab sensit, potuit mouere dominū, ut ad tēpus quæ-  
dam remitteret ei quæ sciebat ab impietate nō recessu-  
rū, quomodo nō in æternū placatus fieret ijs, qui uerē  
& ex animo resipiscunt ut nūquam redeāt ad infideli-  
tatem? Quæ hic prædicuntur, post leges completa.

## CAPVT XXII.

**H**ic ueritas uerbi domini, de eo quod canes lambi-  
turi erant sanguinē Achab, ut dictum est per He-  
liam, cernitur impleta. Præterea hic est insignis locus  
quæ admodū iudicio Dei seducātur à pseudoprophetis  
illi, qui cōtempo uerbo dei uolunt tantum audire quæ  
ipsis

ipsis placent, de quo Esa. 30. *Et oderunt recta monens. Seduci à tem.* Vnde et Paulus de seductione antichristiana dicit. *pseudo-* Propterea mittet illis Deus operationem erroris, ut cre- *prophe-* dant mendacio, qui ueritatis dilectionem non susceperunt *tis.* ut salui fierent. Prophetæ Baal ex corde fingunt, prophe- *ta* dei ex dei uerbo pronunciant, sed illi quæ placent di- *cunt,* quæ admodum nostri quæ naturæ et rationi huma- *næ* probantur prædicant, non uerbum Dei. Ideo audiuntur, *dum* interim ueri prophetæ, id est, Euangelij prædicato- *res,* ut mendaces abiiciuntur et persecutionem patiuntur. *Decipi* uult mundus, in primis qui magni et potentes si- *bi* uidentur, Idcirco iudicio dei per spiritus erroris pereunt. *Nō* opus est ut hodie ista longius petamus. sat exemplo- *rū* coram uidemus. Principes utcumque prudentes tamen *sequuntur* in ordinatione ciuili, et officio à deo eis com- *misso,* suos adultores in rebus autem salutis Antichristia- *nos* prophetas, qui prophetant non ex dei uerbo, sed ex *corde* suo. Ideoque ipsi pereunt et populū secum trahunt *ad* perditionem. De hoc iudicio loquitur quoque Ezechiel *ca. 14.* *propheta cum errauerit et c. iuxta iniquitatem in-* *terrogatis* sic erit iniquitas prophetæ. Qui non domini uo- *luntatem* sed suam tantum querunt audire, illis mittuntur se- *ductores,* ut audiant quæ uolunt, non quæ uera sunt.

Ramoth ciuitas refugij et leuitica est in terra Galaad, Iosue. 21. et 20.

Iosaphat rex Iudæ, ut supra ca. 15. pacem habuit cum

Achab, sed q̄, præbuit ei auxiliū increpatur à propheta Iehu. 2. Par. 19. hic pius erat, idcirco sermonē dei requi-

Prophetas quadringentos. (rit.

Vides rursus instauratā istam fecem quam occiderat Helias. Hi in mēdacio omnes concordant dum rex aliud non potest audire.

Cornua ferrea,

Scilicet ut imitaretur ueros prophetas, qui quandoq; nō solū uerbis sed etiam rebus & signis prophetant.

Ventilabis.

Potius, Percuties.

Ascende.

Ironia est & imitatio pseudoprophetarum, qua irridet eorum mendacia. dum aliud prophetaturus est.

Vidi. Hac uisione sibi ostensa significat populū dispergendum in prælio. |

Vidi dominum,

Visio talis ostensa erat propheta. unde uidemus satis horrēdo iudicio deū per spūs erroris in ore pseudoprophetarū seducere illos qui uerbū dei oderūt. Ita et legis in Iob, quādo filij dei, idest, angeli, quos hic uocat exercitū cœli, assiterūt, affuisse & Satanā: Est enī hic minister dei ut et angeli sancti & c. sed tentator et seductor

Cnaena.

(est.

Non Canaan legendum, ne putes ex gentibus istum fuisse

fuisse secundum carnem.

Vt abscondaris.

Veritus ne occidaris, quia mendacio seduxisti regē  
 & regnā, desperant enim isrl pseudoprophete, ubi uiderint non bene cecidisse quod finxerant sibi &c.

Exclamauit. ] scilicet ad deū, ut uides in Paralip.  
 In incertum ] Potius fortiter. Casu, nō est in Heb.  
 Eijce. ] id est, cduc.

Rex stabat ] de rege Israēl intellige, licet uulnerato.  
 In piscina. ] Istam piscinā fuisse in loco ubi occisus  
 est Naboth, uerbū dei, quod talia prædixerat, indicat.

Et habenas. ] Heb. Et lauerunt cum meretrices, scilicet  
 quæ tunc ibi erant contrā legem, quemadmodum  
 & effæminatos legis, id est, scortatores.

De Iosaphat pio rege in Iuda, lege historiā in Para.

In Edom. ] à tempore quo Dauid Idumæos subiuga  
 uerat non erat rex, sed subditi erant Iudæis usq; ad filiū  
 Iosaphati huius. 4. Regum. 8.

Ecceerat classes. ] Quemadmodū Salomon &c. &  
 classiū erat socius rex Israēl, ut uides in Paral. Vbi ue  
 rò reseceerat classes, societate regis Israēl Iosaphat am  
 plius nō admisit, ne cū impietate rursus infelix esset.

Finis tertij, uel secundū Hebræos  
 primi Regum.



IN SECUNDVM REGVM, QVEM  
VVLGO QVARTVM REGVM  
VOCAMVS, ANNOTA-  
TIONES.



Argumentum huius libri diximus  
in principio prioris libri. Hic li-  
ber, præter prophetas Heltiam,  
Heliseum, Ionam, Esaiã, & sine  
nomine alios, quorũ uerbũ con-  
temptum est, habet insignes illas  
captiuitates. alterã Israëlis, alteram Iudæ. Et præterea  
iste liber cũ historia ex Paralipomenis respõdente ual-  
let ad historias nõnunquam, quæ in quibus prophetis,  
quorũ libri extant, recitãtur, aut etiã ad uerba prophe-  
tiae in historias respicientia, ut deprehẽdere liceat in lo-  
cis obscurioribus nonnunquam quò respiciant. Ad hæc  
uidebis hic cõfusum et abiectum regnũ, quod hætenus  
à Dauidis tẽpore floruerat, secũdum prophetiam dei.  
Si autẽ dereliquerint filij eius legem meã &c. Psal. 88.  
& 2. Reg. 7. Præter ea quæ dicuntur. 3. Reg. 9. & 2.  
Paral. 7. Atq; huc quoq; pertinet, quod statim in princi-  
pio huius libri Moab scribitur defecisse ab Israël, &  
infra ca. 8. Idumæi deficiũt à Iuda, & licet percutian-  
tur, ut ibidẽ legis & cap. 14. tamẽ nõ seruiũt amplius,  
sed suã sibi uendicant libertatẽ, secũdũ prophetiã Isai-  
ac Gen. 27. Tẽpus ueniet cũ excutias & soluas iugum  
fratris

fratris de ceruicibus tuis. Præterea Syrus penè extin-  
 xerat Israëlẽ, ut scribitur cap. 13. nisi Ioas secundum  
 prophetiam Hclisæi rursus reddidisset Israëlĩ ciuita-  
 tes à Syris occupatas. Hi omnes à Dauide subacti fue-  
 rant, & Israëlitis tributarij facti, ut legis. 2. Regũ. 8. se-  
 cū dum Dei promissionem, cuius fortitudine hæc facta  
 sunt, quemadmodum ipse Dauid cum suo regno glori-  
 atur in psalmo qui incipit, Deus repulisti nos &c. His  
 autem amissis, uexati nõnunquam etiam sunt ab Aegy-  
 ptijs Iudæi, ut legis ca. 23. Præter hoc quod tandem, ut  
 diximus, abiecti sunt Israëlitæ in Assyrios, Iudæi in Chal-  
 dæos. Ut isto externo iudicio declararet deus, quàm in-  
 digne ferat, quod post errorem, per prophetas sanctos,  
 id est, per illos qui habent uerbum dei, admoniti, nõ re-  
 sipiscimus, sed sinimus frustra nobis prædicari, quem-  
 admodum infrà cap. 17. & in fine secundi Paralipome  
 non conqueritur scriptura. Felices qui uel iudicio isto  
 comprehensi resipiscunt, quẽadmodum qui in psal. di-  
 cunt, Super flumina Babylonis illic &c. Ad hoc enim  
 castigat deus filios, ut uel percussi reuertantur, quem-  
 admodum in principio Esdræ dicuntur reuersi in Hieru-  
 salem, quorum Deus tetigerat corda. Contrà queri-  
 tur Esaias capit. 9. Populus, inquit, non est reuersus ad  
 percutientem se, & dominum exercituũ non inquisie-  
 runt. Impij enim ut nullis admonitionibus, ita & nullis  
 plagis reuertuntur ad dominum, nisi fortè hypocrisiet

106 ANNOT. IN SECVNDVM LIB.  
sui cōmodi respectu, ut Pharaο qui à malis liberari po-  
stulabat, nec tamen à sua cupiditate liberatus cessabat.  
Hæc igitur ut omnia alia, ad nostri admonitionem scri-  
pta sunt, non propter illos qui perierunt. Itaque nunc  
successionem Regum in utroq; regno Hebræorum, su-  
periori libro cœptam, uideamus usque ad captiuitatē,  
quæ hic liber clauditur.

CAPVT PRIMVM.

**Q**uod in latinis in fine superioris libri scribitur.  
Ochosias autem filius Achab regnare cœperat  
&c. apud Hebræos initiū est huius libri. De  
Iorā uerò filio Iosaphat rege Iuda, quo clauditur supe-  
rior liber, posthac nō fit mētio ante octauū caput &c.  
Itaque in hoc primo capite Ochosias in impietate sua  
mortuus scribitur, & frater eius Ioram subrogatus.

Præuaricatus &c.

**Inobedien** Idest Moab defecit ab Israël ne amplius seruiret sub tri-  
**tia homi-** buto post mortē Achab, qui licet impius tamē quod ad  
**nū unde.** mundū attinet, egregius princeps timebatur, deo inte-  
rim ita conseruante regnū, alio qui nullū consiliū, nul-  
la prudentia, nulla militia ualuisse. Recedere uerò fa-  
cit deus ab Israël subditos, dum ipse Israël non agno-  
scit subditorem, ut ei subdatur, & per fidē pareat eius  
imperio, id quod & serē per totum librum Iudicium  
uidere

videre licet. Recte ille in psal. sentit qui dicit. Qui sub  
 dis populum meum sub me. Omnia enim subiecta sunt  
 nobis, cœlum mundus, angeli, Paulus, Cephās, Apollo,  
 princeps, elementa, cibi, tempora, Sathan, peccatum,  
 mors, inferi, ubi nos subiecti sumus deo, præter ipsum  
 nullam habentes fiduciam, quin & mala etiam coope-  
 rantur nobis in salutem, Ro. 8. Nec mirum, cum iam **Obediētia**  
 deū habeamus patrē, ut simus filij dei et ipsi dij. Regna **piorum.**  
 uerunt filij Israël per deum, à quo deficientes non solū  
 serui hominum sed & peccati facti sunt. Satan enim eo-  
 rum, qui deum per fidem non habent, corda rapit quò  
 uult, ut iam non possint nisi impie agere.

### Consulite Beelzebub.

Impij aliam norunt iustitiam quàm deum, atq; hoc est  
 habere deos alienos. Hac uero iustitia excæcati adeo **Impiorum**  
 sunt, ut ne tunc quidem querant dei iustitiā quando de **fiducia**  
 sua coguntur desperare. Ochosias enim siue Ahasia **falsa.**  
 mittit quidem ut interrogetur Beelzebub, id est, Baal,  
 siue uir muscarum, qui colebatur in Accaron, ita dictus  
 à muscis, ob sordes immolatiē sanguinis aduolantibus,  
 sed non habet fiduciam ut per Beelzebub seruetur,  
 idcòque non rogat eum &c. Admonitus uero ab Elia,  
 ut deum Israël consulat qui uere Deus est & dominus  
 uitæ & mortis, tantum abest ut audiat, ut etiam  
 admonentem ad mortem querat. Sic nostri iusti-  
 tiarij



tiarij ubi sentiunt iudicium Dei, & uident sua opera non satis esse, tamen pessimum hereticum nō iudicare nō possunt, qui fiduciam operum coram eis damnarit, & in solum deum fidēdum prædicarit. Respiciūt enim non in deū per Christū sed in bona opera, quæ uel fecerunt, uel se facturos promittunt, & ubi ista consistere non posse uident, nihil aliud norunt quàm desperare.

**De lectulo.** Quasi dicat. Etiam non consultus dominus nouit & prædicat tibi, quod ab ignorante Beelzebub quæris.

**Vir pilosus.** Potius, Pilosa pelle indutus &c. Hic & habitus est Ioannis Baptistæ. In talibus non est sanctitas, sed sancti talia potius malunt quàm splendida mundi, cōtenti sunt necessarijs, nō quærūt unde magni fiant. Hypocritæ autē inde etiā mentiuntur suam sanctitatem et iustitiā, quasi Christus sanctus nō fuerit qui talia non portauit, qui edidit & bibit cū peccatoribus &c.

**Homo dei, rex præcepit &c.**

**Dei opus per prophetam.** Irridet quem quærit ad mortem, quasi dicat. Iam uidebis quid possis, qui tantæ ausis reluctari potestati & dicere cōtra regem. Sentit itaq; Elias non tam sibi quàm deo irrogari blasphemiam, sciebat se hominem siue uirum dei, id est, prophetam, qui à Deo missus haberet uerbū dei, id quod iam uidebatur tanquam uanum. Idcirco non ferens hanc in deum blasphemiam zelo mo-

tus, iubet ut ignis e cœlis absumat blasphemos. Dei opus hoc erat, ubi deus pro sua gloria operabatur, quæ admodum de zelo Eliæ diximus superiori libro ca. 19. Id quod dicimus contra illos prædicatores, qui gladio admonent tollendos, qui non credunt Euangelio, necremur ne ipsi primi sint quos auferri necesse sit. Facile arripiunt gladium quasi Eliæ, qui ignem de cœlo deponere non possunt. Hoc si possent, illud etiam eis permittere remus. Voluerunt hoc exemplum imitari, quasi zelo dei, Iacobus & Ioannes Lucæ. 9. sed audiunt, Nescitis cuius spiritus estis, filius hominis non uenit animas perdere sed saluare. Ut non protinus spiritum dei credas esse in illis, qui dicunt se ad uindictam urgeri spiritu det. Deus hic absumpsit impios non Helias.

### Descende cum eo, ne timeas eum.

Vides ex ista angeli admonitione, tantum apud Deum *Infirmitas* prophetam, timuisse tamen quinquagenarium illum cū sanctorū suis & præterea regem ad quem uocabatur. Quam infirmitatem relinquit in suis deus, ut nō simus confidentes in nobis, utq; ex his exemplis docti, non putemus actum de nostra salute, si timuerimus, ubi ad confessionem fidei uocamur, modo ob timorem non abnegemus Christum. De qua infirmitate plura diximus superiori libro, in historia Helie fugientis ad comminationem impiæ reginæ.

## Anno secundo Ioram &amp;c.

Id est, anno XVIII. Iosaphat, ut infra dicitur cap. 37. quo fit ut Ioram regnarit cum patre Iosaphat uiuente fere octo annis, Nam Iosaphat regnauit XXXV. annis. Ideoq; aliquando in tempus instituti huius Ioram respicitur, aliquando in tempus mortui patris, ut infra ca. 8.

## CAPVT II.

**Q**uemadmodum hic Helias uisibiliter transfertur ex hoc mundo, ita puto translatum uisibiliter et Enoch in Genesi. Quo autē abducti sint, siue in coelum siue in paradysum, uiderit deus, qui optime nouit, quod nos ignorare uoluit. Imò quod & forte ignorant ij qui translati sunt, donec euigilent nobiscum in resurrectione futura Deus etiam quos sic aufert extra mundum seruare potest. Fuit procul dubio Enoch & Elias ubi praeo ueritatis, quemadmodum & de Noë scribitur Pe-  
 et si redi-  
 turi. sursi sunt ante nouissimum diem, scriptura ne una quidē  
 litera testatur. Idcirco non credo futurum. Nam quod in Malachia scribitur in Ioanne Baptista completum testatur Christus, Matth. 17. et angelus Lucae. 1. Porro translatio haec primum est confirmatio uerbi Dei quod praedicarant, ut uideantur deo esse curae quos mundus contempserat, & declaretur cum uerū esse Deum quē  
 illi

illi docuerant, ut confirmetur credentes, confundantur contemptores. Non enim minora nunc scandala in regno impietatis tempore Heliæ sustinebant credentes, quàm olim sub Enoch. Vnde ita deus necessario suos confirmabat, Deinde non solum illis sed & nobis per hæc declaratum est, aliam esse uitam post hanc. Nam hi duo mortui non sunt, & tamen hic uiui non reperiuntur. Vnde nascitur certissimum argumentum pijs. Si illi ex *Vita alia* carne quemadmodum nos nati transferuntur ex hoc mundo *post hanc* ad deo, ergo & nos transferemur si eidem deo adhaerimus. Præter hoc quod Christianis argumentum certissimæ fidei est. Christus translatus est à mortali uita ad gloriam resurrectionis & uitæ æternæ, ergo et nos qui sumus in Christo &c. Nouissima autem gloria nondum glorificatos hos duos inde mihi certum est, quod Christus est primogenitus ex resurrectione mortuorum, & primitiæ dormientium, nemo ante Christum ista gloria potuit glorificari.

De Galgalis exit ubi erant eius discipuli multi & filij, id est, discipuli prophetarum à tempore Samuelis. 1. Reg. 10. Vadit uero in Bethel & in Hiericho, ubi similiter sunt filij prophetarum, siue etiam discipuli ipsius Eliæ, quos procul dubio in fide uerbi Dei recessurus confortat. In quibus quidam spiritu reuelante sciebant, Heliæ transferendum à deo, & hoc ipsum alijs dicebant, ne putes occultam fuisse istam translationem.

quam



quam deus etiam mundo uoluit esse notam, ob causas  
 Prophetæ si omnia  
 sciunt. quas supra diximus. Ipse uero quando sciebat se auferē  
 dum, existimabat deum uelle ut hoc homines lateret.

Idcirco urget Heliseum ut maneat in loco. Non enim  
 deus prophetis omnia reuelat, quæ autem reuelat cer-  
 to sciunt, ut infra uides in historia Helisei cap. 4. Præ  
 terea gloriam humanam contemnit ubi ad gloriam Dei  
 assumendus est. Longe profecto aliter, quam quod An-  
 tichristiani mendacium signorum prædicatores menti-  
 untur de suis quibusdam sanctis, nempe quod morituri  
 rogauerint pro suis cultoribus, inuocatoribus, & ieu-  
 natoribus. Quo uno mendacio deberent deprehendi  
 qui sint, nisi essemus excæcati, ut ne multa quidem nõ  
 multum huic dissimilia uideamus.

Vbi uero cognouit uoluntatem domini, uidens &  
 alijs reuelatum de sui translatione, concedit per deum  
 petitionem Heliseo, sub conditione quæ ipsi à deo tunc  
 reuelabatur, nempe si uideret cum auferri. Non enim  
 fas est, ut ut putes Heliam hæc promississe domino non  
 reuelate. Porro ita in omnibus ciuitatibus prophetatur  
 Helie translatio, quemadmodum Paulo in actis aposto-  
 lorum prædicebatur ipsius in Hierusalem persecutio,  
 nisi quod Paulus illic cogebatur ignorare, quod hic He-  
 lias & Heliseus optime norunt. Quod autem turbine,  
 curru igneo, & equis igneis rapitur ad coelum, tam  
 horrendo scilicet spectaculo, cui uel accedere timeat  
 mens

mens humana, hoc est q̄ sancti glorificātur per eā quæ  
 caro iudicat dānationem. Nō enim respiciūt in turbīnē  
 aut ignem, sed in dominū præsēntem. Sic & Moyses ni-  
 hil ueritus, domino uocāte ingreditur in caliginem, &  
 fumū, & ignem, & horrendam illā in monte Sina tem-  
 pestatem, quando reliqui omnes timebant mortem.

**Tollet dominum tuum a te.**

In Heb. A capitibus tuis. Quem hebraismum annota- A capiti-  
 uit D. Martinus. Ad capita esse, est doctorem esse, Ad bus-  
 pedes esse, est discipulum & subditum esse. Tractum à  
 docendi consuetudine, quod infrā sedcant discipuli, dū  
 in editiori loco stant uel sedēt magistri. Ita Paulus Act.  
 21. dicit se didicisse legem ad pedes Gamalielis, & Ma-  
 rīa ad pedes Iesu audit uerbū eius. Tollet igitur domi-  
 nus dominum tuum à capitibus tuis, ut scilicet post hac  
 non sit tibi Helias doctor.

Pallio diuidit Iordanē, sicut Moyses uirga mare ru- Pallium-  
 brum, Exo. 14. Neq; hic palliū aliquid est neq; illic uir- Virga-  
 ga, sed spūs & uerbū Dei. Vnde & Elisæus eodem He-  
 liæ pallio, quo & ad prophetiā fuerat uocatus, ut di-  
 ximus. 3. Reg. 19. postea diuidit Iordanem, id quod pal-  
 lio non fecisset, nisi spūs Helīæ requieuisset super eum.  
 Addita autē sunt externa signa propter nos, quia per  
 homines & propter homines, ut agnosceretur deus &  
 eius præcones, ea signa facta sunt, id qd̄ nō potuit no-  
 bis esse certū, nisi per res & signa addita. Ita & infrā

114 ANNOT. IN SECVNDVM LIB.  
sal mittitur in aquā, quam sine sale potuisset deus dul-  
cem facere, sed dubitatum fuisset, an per Eliseum fecis-  
set, cuius prædicationē istis signis uoluit confirmare.

### Duplex spiritus.

**Spiritus duplex.** Id est, qui duplo plus per meā prædicationē agit, quam per te egerit, ut longe amplius confundam impietatem idololatorum qui à uerbo Dei recesserunt, & faciam quod tu infectum reliquisti. Alioqui unus spūs in utroq; fuit, qui uarie distribuit sua dona. 1. Cor. 12. Quæ miracula eodem spiritu ad cōfirmationem suæ prædicationis fecerit, sequentia indicabunt.

### Currus Israel & auriga eius.

**Currus Israel** Non de curru igneo quem uidit loquitur, sed Heliā sic appellat. Currus fuerat & auriga, siue ut in Hebræo est, Miles uel militia eius, qui portauerat populū, & duxerat, & defenderat sana doctrina & consilijs, de dederatq; pluuiam in tempore sterilitatis &c. Ita appellabant tunc aliquem apud quem erat summa rerū ad cōseruandū populū. Sic & infra rex Ioas appellat Eliseum moriturum cap. 13. Quasi iam dicat Eliseus, Cui queso iam committitur salus & cura populi te abeunte, quem deus populo suscitauerat? Ego quoq; nihil uerebor cum, per quem hodie rursus Euangelium reuelatum est, currum Israel & defensorem siue gubernatorem eius appellare, nempe ad quem præterea conijciuntur

ciuniur omnes huius seculi nostri casus.

Scidit.

Quod dolētis erat, tantū aberat ut magisteriū sibi uice  
magistri arrogaret, uoluisset enim mansisse magister.

Non sunt diuisæ aquæ.

Primum, ut tentetur fides prophetæ, deinde, ne istud  
opus pallio referres acceptum. Hoc tamen additum est  
ad explicandā sententiā, cū interim in Heb. nō addatur.

Ecce cum seruis.

Vel inter seruos tuos &c. Vides quod non omnes  
illic intellexerint quæ esset Helie translatio, Putabant  
enim multi sic raptum ut esset proiectus in aliquem lo-  
cum, & rursus reperiretur, quemadmodum de Philip-  
po legis in Actis Apost. & quemadmodum. 4. Reg. 18.  
Abdias dixit ad Heliam, Spiritus domini asportabit te  
&c. Negat uerò Eliseus quærendum, donec coactus  
erubescat, ut est in Hebr. & dicat, Mittite, Ne scilicet  
iuderetur appetere locum magistri, & inuidia motus  
nolle quæri prophetam.

Dixerunt uiri ciuitatis.

Scilicet Hiericho &c. Hoc signo declaratur homi-  
nibus Eliseus esse propheta domini, cuius uerbo cre-  
datur. Quantum uerò hic salī tribuere potes ut dulce-  
scat aqua, tantū tribue amphoræ nouæ in qua sal addu-  
citur, aut supr à pallio, ut diuidatur aqua. Cōtrā natu-  
Rebus ni-  
hil tribu-  
endum.



115 ANNOT. IN SECVNDVM LIB.  
ram enim salis est ut aquam dulcem faciat, ut merū mi-  
raculū dei uideas per spiritū prophetæ, & nihil rebus  
adscribas. Sterilitas quoq; terræ, quā illa aqua irriga-  
bat, sanata est, rursum contrā naturam salis quod facit  
sterile scere terrā. Præterea manifeste uides, nō salē sed  
uerbo domini hæc fieri, dū dicit. Hæc dicit dominus, Sa-  
nauit &c. Hypocritæ nostri putant se etiā tale quippiā  
facere benedicendo salī & aquæ, sed satis ridiculē.

#### ALLEGORIA.

Aqua quæ potatur, & frumētum quod editur, uer-  
bum Dei est in scripturis, quod absque iudicio spiritus,  
quod sal est, gustatu insuauē est & infœcundum, nem-  
pe quod tibi ne uerbum quidē dei uideatur, nisi spiritus  
iudicio certus sis & eius intelligentiam habeas, Hinc  
saluator dicit, Habete salem in uobis, Et in Leuitico,  
Omnis uictima sale cōditur. Ita dulcescit aqua & ter-  
ræ tuæ sterilitas aufertur &c.

#### Descende caluē &c.

Idem zelus Helisæi in pueros est qui fuerat Helie in-  
Filij docē-  
tibus. quinquagenarios duces. Dum irridetur propheta cer-  
di à paren- tum est q, uerbū dei, quo ipse propheta fit, blasphema-  
tur. Et hic poenā quoq; luunt impij parētes in perditio-  
ne filiorū, q, nō melius instituerant secūdum mādatū  
legis, quo iubetur, ut parentes doceant filios quæ legis,  
sunt, Deut. 6. sed mali corui malū ouum. Atq; hac ex-  
terna poena declaratū est, nō innoxios esse impios im-  
piorum

piorum filios, etiam si coràm hominibus prætexere possent ignorantiam, dum à parentibus nõ crudiuntur, sed unà cum parentibus percunt.

Aduerte, quod non solū trāslatio Enoch in hoc capite per Helie translationē innouata est, ut altera uita credatur, & hominum immortalitas, sed & miracula Moyses innouantur, Aqua diuiditur, & uiam præbet euntibus, in igne & turbine ad deum ascenditur, amara aquæ curantur. & blasphemi iudicio dei percunt, ut uideant homines eundem esse Deum in his prophetis, qui olim in Moyses fuerat ut confirmetur qui audiunt ex eis uerbum, cōtemptores uerò grauius damnentur, dum excusationem non habent.

## CAPVT III.

Quod in principio huius libri coeperat de defectiōne Moabitarum, iam profequitur, & insignis uictoria describitur per deum facta, prædicente Heliseo, & cōseruante per miraculū aquarū po-

Non sicut pater &c. (pulū.

Vel hoc loco uidere licet q. in uitulis nõ est uisa idololatRIA, sed magna specie cultus ueri Dei, id quod diximus libro superiore in historia Hieroboã. hic enim rex cultus dei dum cultum Baal iudicat impiū, tamen in uitulis pietatem collocat &c.

## Soluebat,

Scilicet à tēpore Dauid. ut supr à diximus, Nec tamen agnos soluebat & arietes, ut Latini legunt, sed uellera agnorū centū miliū, et arietū centū miliū, ut est ī Heb.

Pacē habet Iosaphat pius cū rege Israēl licet impio & pugnat cum eo contrā gētes quas deus subiecerat Israēli. Regē autē Edom ipse Iosaphat proculdubio secū adducit, quia habebat eū subditū et tributariū. Rex autē uocatur q̄, erat princeps Idumæis et dux exercitus eorū, rex autē nō erat, quia à Dauidis tēpore nō habuerant sibi Idumæi regē, ut dictum est in fine superioris libri, quē rursus sibi primū erigūt, infrā ca. 8. & c.

## Nec erat aqua.

**Excæcatio Regū.** *Ista necessitate cogit eos deus ad Helisæū, ut miraculo aquarū, & admirandæ uictoriæ à propheta prædictæ cōfundatur rex Israēl cum suo populo de idololatriā, & redeat ad cultū ueri dei quem lex præscribit, ut discat confidere deo qui in necessitate saluat & cōseruat, relictis uanis in quibus cōfidunt Deū ignorantes, sed quā profecerit deus admirāda prædicatiōe prophetarū & tam insignibus beneficijs, sequētia declarabunt. Ut nō mireris tā diu nos fuisse excæcatos quando interim nemo recta docebat, si etiam excæcati manent qui talia audiunt, & uident. Aduerte q̄ rex Israēl in necessitate dicit, Congregauit nos dominus & c. do-*  
*minum*

minum agnoscere uidetur quem etiam se in uitulis aureis colere putat, sed inuocare non nouit. Quomodo enim inuocabunt in quem non crediderunt?

### Fundebat &c.

Id est, erat famulus Heliæ & ministrabat ei. Sic in psalmo dicitur, Moab olla lauachri mei, id est, qui sub seruitute mea est & reddit tributum.

### Quid mihi.

Contemnit impiū regem, & tamen beneficium ex deo ostendit propter Iosaphatū. Quemadmodū nobis preceptū est, ne proijciamus margaritas ad porcos, tamen propter eos, qui nō cōtemnunt uerbū, oportet nos etiā impijs prophetare, fortē & ista occasione quidam ad deum tandem conuertuntur. Psalterium sibi adduci potest, ut audientium animi ex psalmis & dei laudibus canere ad & ore & fidibus cantatis moueātur ad desyderandū quid ex deo beneficiū & salutem, ut nō tam in presentē respicerent necessitatem, quā in Dei uerbum, quod in psalmis tam sēpe canit deum liberatorem, saluatorem &c. Miro enim modo adficit diuinorum psalmorum modulatio, ut & impij melius interim uideātur habere, id quod diximus in primo libro de cithara Dauidis et spiritu malo Saulis. Est enī hic psalmi modulatio predicationis uice. Præterea & ipse propheta psalmis uoluit excitari suū spiritum ad inuocandū Deum pro Israël.



Vnde ad psalterium incipit prophetare, cōpletur eius desiderium. & proculdubio qui pij aderāt refecti sunt uerbo dei, quēadmodū in Actis apost. dicitur, Adhuc loquente Petro cecidit spūs sanctus super oēs qui audiebant uerbū &c. Verbū enim dei siue cantatū siue prædicatū frustra audiri nō potest, nisi à cōtemptoribus.

Manus domini dicitur uenire super prophetas, quia spiritu illuminati & confortati prædicunt, iubent perficiunt potestate Dei ut Deus ipse &c.

Alueum. *Lege, Ad alueum &c.*

### Non uidebitis &c.

Vt non aliunde hæc uenire suspicemini quā ex miraculo Dei. ut si per impietatē liceat ex beneficio agnoscatis patrem.

### Parumq; &c.

Vt discatis cum inuocare in tribulatione, plus dabit quā ex me requisistis, Ephe. 3. Qui potens est omnia facere plus quā petimus aut intelligimus &c.

### Succidetur.

Videtur contrā legē Deut. 20. Sed nō est contrā legem quod deus in propheta iubet, Deinde lex illa ad Cananæā terrā quā possessuri erāt uidebatur spectare &c.

### Sacrificium.

Scilicet matutinum secundum legem. Tempus tantum describit.

Qui ac=

## Qui accincti &amp;c.

Heb. Expeditos & principes, &c.

Fulgente sole in aquas quasi sanguis apparet Moabitibus, ut isto furo decipiat deus quos uult suo iudicio perire. Itaque hic uides innouata antiqua Moysis miracula. Moabitibus sanguis est aqua, quemadmodum olim Aegyptijs, quae Israelitis potus est & lauacrum. & per miraculum potus datur, quemadmodum per Moysen ex petra in deserto datus fuerat &c.

## Fictiles.

Id est, ex lateribus coctis &c.

## Et circumdata &amp;c.

Heb. Et circumdederunt eos fundis & percusserunt eos. Non enim de una ciuitate loquitur.

Primogenitum immolat dijs suis, ut placati adiuuent. Et super murum, ut indignitate rei hostes moueantur ad miserationem & cessent. Impietas ubi in angustia peccatorum & mortis est desperat, & per desperationem, etiam san- dum deum sentit iudicem, ad opera sua confugit atque ad ea quae iudicat optima. Vnde sectarum hodie & operum meritoriorum non est numerus. Fit uero iudicio dei ut quae opera optima iudicat sint in conspectu dei maxime abominanda, quemadmodum hic rex Moab cum non haberet melius aut dignius quam primogenitum: nempe qui post ipsum regnaturus erat, obtulit cum quasi opus

H 5 quod

quod deus optimū nō iudicare nō posset, cū tamē esset  
 & deo & hominibus abominandū homicidiū, quod lu-  
 deis prohibuerat deus, Deute. 12. Videntur gentes hoc  
 didicisse ex historia immolati Isaac quam illic nō igno-  
 rabant, id quod ex gentibus rursus acceperunt impij  
 Iudæi, quemadmodū in psal. dicitur. Immolauerunt fi-  
 lios suos, & filias suas demonijs. Sed imitatio sanctorū  
 impietas est, nisi habeas in pectore uerbū Dei, quo scia-  
 as ea quæ facis certō deo placere.

**Et facta est indignatio magna sup Israel.**  
 Id est, maxime indignati sunt Iſraēlitæ ad indignitatem  
 tanti sceleris immolationis, ita ut recederent & dere-  
 linquerent hostem, abominati etiam locum. Verū ipsa  
 uerborū simplicitas uidetur iram Dei contrā Iſraēlitæ  
 indicare, q̄ forte pestilentia exercitus eorum percus-  
 sus est, dum uident in rege Moab peccatum suum (nam  
 & ipsi filios suos immolauerant demonijs quasi deo)  
 nec agnoscunt ut resipiscentes precentur ueniam.

## | C A P V T IIII.

Miracula prophetarum. **M**iracula, quæ facit deus per suos prophetas siue  
 prædicatores, aut fidē faciunt uerbo quod præ-  
 dicant, aut per charitatem necessitati subueniunt indi-  
 gentium, quemadmodum ista omnia quæ in hoc capite  
 legis. Quæ uerō ad ostentationem sunt miracula Dei  
 non

non sunt, nisi quod deus quaedam finit fieri à pseudoprophetis contra uerbum snū, ut tententur homines an in uerbo persistere possint, quemadmodum legis Deu. 13. Porro in istis, quæ hic describuntur miraculis, declaratur primū, nihil deesse ijs qui dei uerbo adherent. Con-  
sultur enim hic propheta, qui nisi uerbū dei haberet, propheta non esset. Deinde qui sunt quibus subueniat deus per prophetas, id est, præcones sui uerbi. Sunt enim adsiecta corda & pressæ angustijs cōscientiæ. Nā quid miserius muliere, quæ, cum uirum amiserat, erat & duos filios perpetua seruitute amissura? aut quis facile dicet quid passa fuerit mulier, cuius per mortē auferitur filius, quē coelesti oraculo acceperat? Sed et filij prophetarū, qui iugiter uerbo dei pascuntur, non mediocriter tempore famis de uictu tentantur, dum etiā agrestes herbas sibi utcunque in cibum colligunt, & esuri mortē, id est, amaritudinē in olla inueniūt. Hæc miracula, nempe multiplicationem cibi & resurrectionem mortuorū, Christus innouauit, ut dicerēt populi, Propheta magnus surrexit in nobis, & deus uisitauit plebē suam. Hic ait, Non ueni uocare iustos sed peccatores. Item, Beati qui esuriūt et sitiūt iustitiā, quoniā ipsi saturabuntur. De uxoribus prophetarum.

Quibus  
deus subue-  
niat.

Heb. De uxoribus filiorum prophetarum. Nostri filij prophetarum, id est, qui hodie studēt sacris literis sunt illis



illis multo sanctiores, quia prohibetur ex doctrinis dæmoniorum ne habeant uxores &c.

Quo ungar J Non est in Hebræo.

Adfer mihi adhuc uas.

Hæc uerba insignius reddūt miraculum quod fiebat.

Transibat. Solebat etiam uisitare suos discipulos & ire ad prædicandū populo, si qui uellent audire. Vnde mulier hæc diues recipit prophetam in nomine prophætæ, ut prophætæ mercedis fiat particeps, ut per carnale beneficium cooperetur uerbo.

In medio populi habito.

Id est, sum contenta meis rebus nihil negotij est mihi in aula, quiete satis inter uicinos ago &c.

Quam desiderarint etiam sanctæ foemine ab opprobrio sterilitatis liberari testantur aliæ quoque historiæ, Vide uel historiam Hannæ in principio Regum.

Posuit super genua &c.

Fides quid agat. Quem deus dederat per uerbum prophætæ tanta rursus tētatio aufert. Sed uide mulierculæ fidem, nō diffidit deum per Heliseum posse reddere, quem prius insigni beneficio dederat. Sed quod festinat forte periculum timet esse in mora, id quod ad fidei infirmitatem pertinet, cuius exempla sæpe habes in historijs Euangelicis. Huc etiam pertinet, quod prophētā adesse uidet non famulū cum baculo. Hinc et famulus nihil efficit, quia

quia fœmina ita nihil effecturum credit, si credere potuisset, etiam famulus per Helisæi baculū mortuū suscitasset. Omnia enim sunt possibilia credenti. Et Iesus quandoque non facit miracula propter incredulitatem hominum, quemadmodum legis.

### Orauit ad dominum.

Hæc oratio, quæ fidei erat, excitauit mortuum, quædam ad tentationem prophætæ non statim exauditur, laborat propheta anxio ad deum adfectu ut exaudiat. Is autem adfectus, quo cupit subuentū mulieri, per deū urget prophetam, ut faciat ea quæ uides opera, alioqui ad suscitationem mortui nihil ualitura. Cupit enim magno adfectu eum excitare super quem ita incumbit. Vide similem historiam. 3. Reg. 17.

De farina dic quod supra diximus de sale. Alioquin farina quidem ista potuisset illa amaritudo tolli.

### CAPVT V.

**N**Aamã Syrus à lepra curatur p̄ Helisæū ad gloriã Dei Israël, quæ post cõfitetur & adorat ipse Naaman. Gihesi uero Hæbreus & Helisæi seruus lepra cū tota posteritate damnatur, quod mendacijs munera accipit, quæ ad gloriã dei propheta accipere noluerat. Vides itaq; gloriã dei per Helisæum etiã uenire ad gentes, id est, ad Naaman, & qui erant in eius comitatu, & procul dubio ad eos qui postea ex his nomen Dei Israël

Opus dei  
contemni.

raël audierunt. Ex hac historia indicat Christus Luc. 4.  
uerbum dei, siue prophetiam, & opus dei, contemni  
apud eos quibus abüde mittitur, et requiri ab extraneis.  
Iudæi leprosi, quāuis multi, nō sunt curati ab Heliæo,  
curatus est gentilis. Et præterea subindicat se recipien  
dum à gentibus, id est, publicanis & peccatoribus. Iu  
dæos autem, id est, sanctulos et iustitarios abijciendos.  
Id quod illic nō ferunt Iudæi & c. Leprosi in lege è con  
sortio hominū abijciuntur, ne inficiant reliquos, Leuit.  
13. Significat ergo uitium excommunicatione dignum,  
nec quodlibet, sed quod inficit etiam alios. Est autē hæ  
resis qua queritur ut sectæ doctrinarū & singularium  
operum fiant de qua Paulus, Hæreticum, inquit, homi  
nem post unam & alterā admonitionem deuita. Erant  
olim gētes secluse, ut non essent populus dei, nunc autē  
Iudæi illa lepra exclusi sunt. illæ quod erant absq; Deo,  
Hi autem, quod mentiuntur se habere deum. Qui autē  
sint hodie leprosi & hæretici atq; ideo excōmunicati  
corā deo, uideamus ex historia Gihesi. Hic Gihesi erat  
seruus prophete, & nostri sectarij & clerici uidentur  
uerbo dei seruire, sed mendacijs & ficta specie sancti  
tatis querunt quæ sua sunt, & fallunt homines, ut ex  
aliorum sudore uiuant. Atq; ne ipsis retrocedere liceat  
ab impietate, iuramentis & uotijs se astringunt, quem  
admodum Gihesi mendacijs lucrum quæsiturus dixit.  
Viuu dominus quia curram post eum & c. Hi autem ab  
cuntes

Sectarij  
Gihesi.

euntes homines sequuntur confictis prædicationibus, ut dent, à dantibus autē uidentur nolle accipere, sed quasi coacti, ut Gihesi, accipiunt argentum & quæq; præciosa, unde ipsi sibi comparent omnia, abunde, non solum ad uictum sed etiam ad gloriam. Ita tegunt suam cupiditatem & fictam sanctitatem magno hypocrisicos splendore. Huc etiam pertinet, quod in tenebris accepta abscondit. Nā diligentissime cauent ne à propheta, id est, uerbo dei arguantur, & nota fiat insipientia eorum toti mūdo. Hinc et corā propheta negat se aliquō ijsse. Sed sermo dei uiuus est, & nulla creatura potest latere in cōspectu eius. Heb. 4. Hoc percuit illos lepra & excōmunicatione cū tota posteritate, id est, omnibus quotquot illorum sectas & errores sequuntur. Vide libellum de decem leprosis.

Per illum enim.

Vides deum etiam beneficia præstare gentibus siue impijs et per impios qui interim tamē beneficia non agnoscunt, quemadmodum & Paulus dixit Act. 14.

Captiuam. Casu uidebatur adducta puella, sed in gloriam dei factum est, & in salutem Naaman, & aliorum. Hic significat um præterea est, quod ex solo auditu fidei uenerint gentes ad deum.

Decem talenta. Ut honoraret regem Israël & medicum prophetam.

Vade



## Vade &amp; lauare.

**Lauari septies.** Lauacrum aquæ & uerbi significatum est, de quo Paulus, Mundans, inquit, cam lauachro aquæ in uerbo uite. Sine uerbo dei & promissione aqua nihil est, quemadmodum alius centies lauisset in Iordane & non fuisset mundatus. Naaman autem mundatur, quia promissionem habet, Lauare & sanaberis. Hanc promissionem dum non respicit, sed in solam aquam, errat et in lepra manet, & quemadmodum nostri iustitiarum iudicio rationis, Hæc & illa opera magnificat, de quibus non habet uerbum dei, & contemnunt illa ad quæ deus suo uerbo mittit, ut fide uerbi saluetur, ita & hic Iordanem contemnit dum sua flumina tantum respicit & magni facit. Quod autem non semel lauatur, sed septies, indicatur pius lauachro uerbi per spiritum oportere iugiter baptizari, ne quis semel lotus absque timore dei agat. Septenarius enim numerus est Hebræis numerus multiplicatis.

Nihil accipit propheta ne uideatur querere sua, Ne quis pauper postea uereatur ab eo aliquid postulare. Ne uideatur dei donum uendere. Ut prædicetur gloria dei, qui talia immeritis facit & gratis &c.

**Fides obscura.** Neque uero negligendum est, quod Naaman non accesserat sine omni fide, id quod uides in uerbis eius, ubi dicit, Putabam quod egrederetur ad me, & stans inuocaret nomen domini dei sui, & tangeret manu sua locum lepræ

lepræ & curaret me, sed hæc fides obscura erat, præscripsit enim Deo quomodo sanaret & quando. Idcirco stare non potest, dum non ita fit quemadmodum cogitauerat. Atque hic periisset Naaman & blasphemus fuisset factus in deum Israël, nisi admonitus fuisset à seruis. Hic tandem expertus benignitatem & beneficium uerè credit in Deum, dicens, Verè scio &c. Huic soli seruiam posthac, non uanis dijs &c. Verū hic merito queris, Cur pondus terræ, quantum duo muli portare possunt, uelit auferre, sed facile hoc uides in uerbis addit s, Nō enim faciet ultra seruus tuus &c. significat enim se uelle super illam terram adorare Deum Israël, aut super illam terram facere altare deo Israël, aut simile quippiam, Non quod hoc fuerit necessariū, sed quod interim eius fides hæc dictabat, ut uelut sacramentum recordationis haberet illam terram, ut adoraret deum uerum, qui in terra Israël solum uerè à pijs adorabatur. Longe uerò difficilior quibusdam quaestio uidetur, quare permittat Heliseus illam simulationem, qua Naaman uult adorare cum rege suo in tēplo quidem Remmon, sed corde ad Deum uerso, & nō potius instruat eum, ut absque simulatione & timore humano colat & confiteatur Deum. Respondeo, Hic legis unctio spiritus quidem, quid senserit Naaman & quid timuerit, quid ritus. uerò postea fecerit non legis. Neque propheta aliquid approbat, ut uel fiat uel nō fiat, sed tantum dicit, Vade

in pace, quasi dicat, Nihil iam tibi præscribo cuius factus est Deus magister. Iustificari cœpisti, agnoscis deum Israël, conscientiam habes, & nosci quod illa simulatio non decet Dei cultorem, Vade in \_\_\_\_\_ in te cœpit perficiet, ut facias quæ Deo placeant. \_\_\_\_\_, aut nunquam ita simulabis, aut non perpetuo. Vnctio enim te semper ad altiora prouehet. Sic & VVittembergæ abscedentibus, dum petūt qui agant inter impios in his aut illis casibus, nō debemus præscribere multas leges, sed in illis relinquere magisterium spiritui dei, qui efficit tam in eis, ut impia quæq; abhorreant, Nam forte nunquam dabitur occasio horum quæ præscribimus, ut eorum sit aliquis usus, non enim ita fit quemadmodum nos præcogitamus, et unctio docebit de omnibus. Sunt enim, qui omnia impia non statim uel nobis suadentibus possunt deserere, qui postea sua sponte spiritu dei acti deserunt. Vbi ergo talibus consulimus quod licet, dicendum, Vade in pace, Cōmitterem deo, ipse pro te curabit &c. Hæc contrā illos, qui statim cōdemnant imperfectos, ignorantes hoc Pauli, Quare iudicas alienum seruum? Dominus illum suscepit &c.

### Illo innitante etc.

Hebraica phrasi dictum est, qua non significatur nisi regem super brachia, quasi brachijs alienis in oratione sustineatur, sed regem habere Naaman ad manū & in promptu, qui omnia interim circā regem curet et agat commissā.

commissa. Hoc annotauit D. Martinus.

In præsentierat.

Pro hoc ex Hebr. lege, Ambulauit, id est, nusquam abiisti, unde fit ut cor meū abierit, & fuerit apud curam Naaman &c.

CAPVT VI.

**M**ultiplicantur filij siue discipuli Prophetarum, Discipuli ita ut locus apud Helisæū eos non capiat, ut mul-  
tiplicato in multis uerbo, & reuelata contra impietatum-  
tem regis & regni ueritate, nulla sit excusatio perdu-  
randi in errore, simul ut uideas, quā nō frustra emit-  
tatur à Deo uerbum in prophetis siue prædicatoribus,  
Multos enim inuenit discipulos, dum reliqua turba, in-  
primis diuites, potentes, sapientes cōtemnunt. Nam hi  
discipuli adeo non sunt diuites, ut ne domum quidē ha-  
beant satis ad habitandum, dum interim sacerdotes ut-  
tolorum abundant & magnificantur. Stulti sumus ho-  
die, qui aliud cupimus uidere, quā quod semper fe-  
cit dominus, Pauperes euangelizantur, & præcones Præcones  
sui uerbi tanti facit deus, ut indignos iudicet homines, uerbi dei.  
qui ipsos honorant, quos mundo contemptos & negle-  
ctos per sese uult honorare. Præterea uides ab hoc lo-  
co usque ad caput. s. quibus iudicijs consuderit Deus  
per Helisæum aduersarios Syros, & quibus beneficijs  
I 2 adfecerit,



adfecerit in tribulatione regem Israël, licet impium, cū  
populo eius, ut & impię gentes non ignorarent uirtu-  
tem Dei in propheta (quemadmodum capite. s. uides,  
quod Rex Syrię infirmus consulit Helisęum) & Rex  
Israël cum populo timeret uel iudicium dei, si ad huius  
prophetae uerbum non conuerteretur. Sed impij uicti  
in conscientijs coguntur quidem sepe fateri Dei uirtu-  
tem & ueritatem, & non uidentur omnino mali, quę-  
admodum supra dictum est cap. 3. quod Ioram fuit ma-  
lus, sed non sicut pater eius, sed tamen negligunt facile

Ingratitudo & contemnunt. Id quod & hic uides. Nam quādo Hæ-  
do ad prælisæus inducit aduersarios in Samariam, rex uocat eum  
cones uepatrem, & paret eius uerbo, sed nusquam scribitur, q̄  
ritatis. honorat eum rex muneribus, aut fauet discipulis colla-  
to aliquo beneficio, imò beneficia dat Helisęus. non so-  
lum gratis administrat uerbum, quando uitolorum cul-  
tores beneficia accipiunt, quin & ad mortem queritur  
Helisęus, dum fame regnū laborat. Hęc sunt apud ho-  
mines præmia prophetarum, Matthe. 5. Videtur enim  
rex ita sentire, Helisęus sepe comminatus est nobis, ni-  
si sequeremur eius uerbum, pestem, bellum, famem, &  
ecce ista ad sunt, ipse est nobis horum malorum autor,  
curnon occidamus? Hic non cogitat impietas & pro-  
phetam prædicasse misericordiam, si redirent etiam in  
media tribulatione, ut precaretur à Deo per prophe-  
tam ueniam. Impij eni in præsens malum uident, melio-  
ra per

ra per Deum sperare neq; possunt, ad desperationem enim toto impetu, ut Saul, feruntur.

Ferrum natat contrà naturam, ut non ignoremus uerbum dei, quod uerè habitat in propheta, mutare naturam, & agere suprâ consuetudinem, esseq; efficax contrà rerum naturã, quippe quo omnia condita sunt. Ut non mireris si qui nascuntur filij iræ, per uerbũ Dei iustificentur & fiant filij Dei, quando & ferrum per uerbi efficaciam contrà naturam suam fertur & natat super liquiditatem aquarum. Lignum uerò à Propheta additur, quemadmodum suprâ sal &c.

### Quare non indicatis &c.

Ratio non potest interim ne suspicari quidẽ, quod hæc reuelentur cõtrâ humanam consuetudinem uerbo dei in Israël. Verum quod hic indicat Deus per Prophetã contrà interitum carnis, facit per uerbũ suum in omnibus sanctis ad salutem spiritus. Spiritualis enim homo Deus ad dijudicat oĩa, & ipse à nemine dijudicatur, nouit astutias Satanae, uidet pseudopphetas in uestimentis ouium, traducit insipientiam eorum, & notam facit alijs, quemadmodum hic Heliseus ostẽtat aduersarios in Samariam inductos. Quin potentiam Satanae & mundi principum contemnit, dum interim spiritu uidet deum suum esse protectorem, quemadmodum hic uidit Heliseus & orauit dominum, ut & seruus uideret. Vnde Moyses sæpe promittit, Dominus pugnabit pro uobis,

134 ANNOT. IN SECVNDVM LIB.  
nolite timere, ipse interimet aduersarios coram uobis,  
Dominus ambulat inter uos. Ex his saepe repetunt Pro-  
phetæ, ut in Psal. Dominus in circūitu populi sui, Do-  
minus uirtutū nobiscum, Dominus refugiū meū. prote-  
ctor meus &c. Castrametabitur angelus domini in cir-  
cūtu timentū cum & eripiet eos. Angelis suis mada-  
uit de te &c. Qui docet manus meas ad prælium &c.  
Felix qui in tempore angustie dicere ex corde poterit,  
Plures sunt nobiscum quàm cum illis. Vnde & Ioānes  
dixit. Maior est qui in nobis est, quàm qui in mundo. Et  
Christus. Confidite, ego uici mundum. Sed ferè fit ut  
ista tunc ad tēpus ignoremus & nobis derelinquamur,  
ut discamus qui ex nobis simus, sed hoc ipsum cedit no-  
bis in salutem. Tunc orādum ut aperiantur nobis ocu-  
li, quemadmodum in Psal. Illumina, inquit, uultum tuū  
super nos &c. Reuela oculos meos & considerabo mi-  
rabilia de lege tua. Tunc confundentur & conuerten-  
tur retrorsum omnes qui oderunt Sion. Confundentur  
enim, nobis à Deo illuminatis, aduersarij, ut sua cæcita-  
te persequendo ueritatem nihil aliud agant, quàm ut se  
ipsos confundant & perdant. Dei enim uerbum absco-  
dit se à sapientibus & prudentibus, & reuelat se par-  
uulis & contemptis in Gloriam Dei.

Ecce mons &c.

Hac uisione declarauit se dñs adesse timētibus se cum  
suo exercitu, id est, diuina protectione, ut supra dictū.

Cæcitate

## Cæcitate &amp;c.

Hæc non tam oculorum erat cæcitas, quàm mentis error & amentia, quam scriptura ueram cæcitatem uocat, præstrictis enim errore oculis, aliud sibi uidebatur impiorum uidere, quàm quæ erant subiecta oculis &c. Quæ amentia semper tenentur populi Dei aduersarij, maxime accedente Propheta, id est, uerbo dei, contra quod omnibus artibus moluntur, ut perdant & confundant, quæ admodum dictum est Esaie, Excæca cor populi huius &c. Quam amentiam impijs legis dei cõtempторibus cõminatur etiam lex Deuter. 28.

## Non percuties.

Quasi dicat, Volo potius ut in hoc facto dei gloria inimicis prædicetur, quàm nostra uindicta, ut uideant aduersarij nostri, qui se regnare contra nos posse putant, quid cere per Deum possumus. Simul ut uideant, quàm longe sumus illis dissimiles, qui si in nos possent quod nunc nos in illos, nemo ex nobis uiueret. Nos uerò non solum liberos amittimus, sed etiam beneficijs donatos. Vides in hoc exemplo Christianam doctrinam, quam & cõmendarunt nonnunquam Ethnici, dicentes, Nobilissimum esse uincendi genus beneficijs uincere, ut cogatur aduersarius erubescere & cessare, quemadmodum hic legis, quod milites Syriæ post hæc non sunt reuersi. Sic Paulus admonet Romano. 12. ex Prouerbijs, Si esurierit inimicus tuus ciba illum, & si sitit potum da ei



Hoc enim faciens, carbones arduentes cōgeres super ca-  
put eius, Noli uinci à malo, sed uince in bono malum.

### Congregauit Benadab &c.

Qui cōuenit quæso, ut dicat cōgregato exercitu Syriæ  
obsessam esse Samariam, cum statim dixerit nō esse re-  
uersos milites Syriæ in terrā Israël? Primum ne credito  
tam stupidū sacræ scripturæ scriptorem, ut simul quasi  
imo oris spiritu dicat diuersa & sibi pugnancia. Dein-  
de intelligo illos tantum non reuersos qui experti fue-  
rant uirtutem Dei per Prophetam. Fame portento-  
sa obsessi premūtur ut edant iam stercus colūbinū, &  
carnes lege prohibitas, & præterea mulier deprehēdi-  
tur coxisse filiū, quæ sunt maledictiōes legis in impios,  
ut dicitur Deute. 28. licet hæc à quibus dominus statim  
liberat (ut uideant impij qd merentur) uix tenuis um-  
bra sunt illorū, quæ post in obsidione Romana cōtige-  
rūt illi populo, quæ admodū uidere licet in Iosepho.

### Scidit uestimenta &c.

**Impietas** In mœrore animi est & corpus adfligit, sed ab impieta-  
in proste- te tātum abest ut deficiat, ut etiā addat, siquidem iura-  
ris. mento se obligat iste blasphemus, ut occidat sanctū dei  
uirum. Verū statim reuocat animi sententiā, nō cōsul-  
tum putās ut sanctus occidatur, currit post nuncium,  
id quod sciens Heliseus iubet ut nuncius nō intromit-  
tatur. Rex uerò per nunciū dicit, Ecce tantū malum à  
domino

domino est &c. Tu ne uis illum coli qui tanta mala facit hominibus? Sæpe cōminatus es à domino mala, nūc quid peiora his facere nobis poterit? Mala fatentur impij esse à deo dum patiūtur, quemadmodū Pharao & magi Pharaonis, bona autē ex eo sperare non possunt. Imò hoc in omnibus historijs inuenies, q̄ impij Israēlita in prosperis ad Deos alienos quasi beneficos abierūt. Id quod prædixerat in cātico Moyses, Incrassatus est dilectus & recalcitrauit &c. Ita mala Deo uero, bona dijs alienis per impietatem tribuebant.

Homicidæ.

Scilicet Achab, iam uerus filius, quia & ipse uult innoxium effundere sanguinem &c.

CAPVT VII.

**A**Duerte quod in hac fame non legitur Propheta cum suis aliquid pati, ut uideas illud psalmi, Nihil deest timentibus eum &c. Et illud, In diebus famis saturabuntur quando impij peribunt.

Super cuius manū rex incumbibat.

De hac oratione cap. 5. dictum est.

Si dominus fecerit &c.

Primū hic dux respicit non in Dei uerbum, quod meliora promittit, sed in ea quæ coràm apparent, id quod solet ratio humana, quæ nisi uideat credere non uult,

118 ANNOT. IN SECVNDVM LIB.  
cum tamen hoc non sit credere, sed suæ tatum prudentiæ contrà deum inniti. Deinde etiam blasphematur, dum ait, Si dominus etiã fecerit &c. id quod est, Ne dominus quidem hoc facere potest quod tu dicis. Idcirco ei impietatis huius pœna prædicitur in exemplum aliorum, ut discant non contemnere Dei uerbum, & fidere eius in necessitate bonitate.

Vesper. J lege, Mane.

Duos equos. J lege, Duos currus cum equis.

Quod autem staterem dicit siclus est.

Quatuor ergo uiri erant.

Semel deus ab utroq; malo & belli & famis sine hominum manu liberat, id quod omnino uidebatur humane rationi fieri non posse, & per desperatos leprosos, qui secundum legem extrà ciuitatem agebant, occasionem præbet quo hæc ciuitati innotescant &c. Vides hic itaq; dei iudicium & contemptum in potentes, aduersarios, & benignitatem in populum Israël, et præterea quod fortunam & casum iudicat ratio esse Dei ordinationem &c.

## CAPVT VIII.

**N**Eq; fame septē annorū, neq; alijs bellorū malis, & defectione subditorū siue tributariorū potuerunt Israëlitiæ agnoscere q̄ dereliquissent dominum, ut

ut reuerterentur in toto corde suo, quin et regnū Iuda incipit peccata sequi Israël. Hinc & ab eo deficiunt Idumæi et Lebua ciuitas, de qua Iosue .10. Perdūt enim que Deus dederat dum à datore recedunt, quemadmodum diximus in principio huius libri. Hinc cōtra Israël suscitatur à deo Asaël rex Syriæ, qui quanta mala Israelitis, & præterea Iudæis fecerit, sequētia indicabunt. De hoc Asaële præceptum erat Helix, ut eum ungeret Syriæ regem. 3. Reg. 19. ut per eū ulcisceretur dominus idololatriam et innoxij sanguinis effusionem, quam Helias deflebat in Israël factam. Hæc autem scripta sunt ut sciamus talia non casu aut fortuna fieri, sed deo ita dissonante. Ideoq; prædicatur fames antequam uenit, prædicuntur iudicia dei per Asaëlem antequam à deo exercentur &c.

Casu nihil fieri.

Quis non uidet istam septem annorum famem satis insignem fuisse? quando Heliseus etiam alibi consultum uult mulieri diuiti, ut dictum capite .4. quam potius uult relinquere omnia in Israël, quam expectare futuram necessitatem. Hæc fames à quibusdam putatur illa esse de qua Ioël prædixit, qui ex uctustioribus uidetur esse prophetis. Reddit Heliseus uicem beneficijs, dum consulit mulieri à quo beneficia acceperat, nec uult perire eius filium fame, quem à Deo primum ut homo fieret impetrauerat, deinde & mortuum uitæ reddiderat, ne hic in ignominia dei diceretur quod non possit

Gratitudo



posset seruare quem uiuificauerat. Præterea uides in tempore famis prouidentiam dei erga domum siue familiam istius mulieris, necessitatem fugiētis. Satis enim habet etiam apud exteros, & reuersa omnia sua recipit per regem integra, dum quasi casu interrogat rex à famulo Helisæi quæ magnalia fecerit propheta &c. Interim & Helisæus cū suis satis habet etiam in medio famis. Itaq; siue in loco tuæ habitationis tibi manendū est, siue aliò abeundum, ut abierunt Abraham, Isaac et Iacob, fame non morieris, modo fidas deo. Psal. 36.

### Venit Helisæus Damascum.

Fortè eò uocatus erat à rege Hinc et regijs honoratur muneribus. Nō ignorabatur iam tanti prophetæ uirtus apud Syros, quemadmodum ex præcedenti historia uideri licet.

Sanaberis. Quasi dicat. Scio quod non dicces ei uerum. Dominus autem ostendit mihi quod ipse morietur, uerum aliud tu ei nunciabis, timens ne si uerum dixeris, regni negocijs prouideatur, ne fias rex.

Stetitque &c. Procul dubio non uulgaris pestis futurus est Israëlitis iste Asaël, quādo ob id ita turbatur propheta, & immutat uultū. Vide infra cap. 11. et ca. 13.

Canis. .i. despectus, q̄ nihil magni uidetur futurus.

Cumque uenisset &c.

Ex

Ex Hebræo potes etiam intelligere, quod Benadab ex-  
panderit super se, id est, super corpus suum operimen-  
tum lecti aqua intinctū, forte in refrigeriū ardentis cor-  
poris & igni interno corrupti. Interpres autē latinus  
intellexit, quod Afaël eum ita suffocavit quemadmodū  
& Iosephus intellexit. Id quod æque ex Heb. licet.

Ioram filius est Iosaphat.

Id est, optimi patris pessimus filius, qui sequitur quo que  
peccata regū Israēl, propterea quod acceperat filiam  
Achab, quæ infra dicitur filia Amri, more scripturæ,  
quo & auus & progenitores patres appellantur. Non  
erat hæc foemina gentilis sanguine sed mente, imitata  
impietatem patrum. Ideo rex Iuda vitare eam debuit ut  
gentilem, quia & dominus ideo gentiles foeminas pro-  
hibuerat, ne pertraherent maritos ad deos alienos, ut  
diximus. 3. Reg. 4. & . 11. Et Paulus dixit, nolite iugū  
ducere cum infidelibus, quæ enim conuentio Christi  
& Belial? &c.

Mulieres  
prohibitæ

Novit autem dominus &c.

De hoc diximus. 3. Reg. 11. Respiciūt enim hæc uerba  
in Christum, propter quem oportuit posteritatem Da-  
uidis seruari, etiam in Babylonica captiuitate.

Recessit Edom.

Causa huius scribitur. 2. Para. 12. Dereliquerat enim  
dominum

dominum &c. Hic, ut ibidem dicitur, pessimo morbo perijt & in sepulchrum regum non est illatus.

Abijt quoq; &c.

Hoc bellum ceptum erat per Achab. 3. Regum. 27.

Ochozias descendit inuisere Ioram, ita ordinante deo, ut ambo iudicio dei percant, ut uides cap. sequenti. Interim uero exercitus relinquitur in Ramoth Galaad, eodem dei iudicio. ut scilicet accedete prophetae uncti one, coniuratio fiat contra regem Ioram, Id quod statim uidebis.

C A P V T IX.

**I**N hoc capite, præter dei iudicium in impios idololatrias, uides quoque ueritatem uerbi Dei, quod dictum erat per Heliam contra domum Achab propter effusionem sanguinis innocentis Naboth. 3. Regum. 21. ubi & hoc additur de diebus filij Achab, quod hic uides impletum. Non cõtempfit illic dei cõminationem Achab, filius uero non contemere non potuit, dum excæcatus ne suis quidem malis resipiscit. Ausertur itaque securus dum uerbũ domini cũ omni posteritate, quin & Ochozias rex Iuda, qui se eidem impietati propter impiam matrem, ut dicitur in Paralip. fecerat consortem, cum tota posteritate perit, præter unum qui furto seruatur, ut uidebis cap. sequenti & . 11. Quæ particularia iudicia, istud generale nobis indicat. quod prouer. 2. dicitur.

Iudicia  
dei.

tur. Impij de terra perdentur &c. & psal. 36. Et ad-  
huc pusillum & non erit impius, queres locum eius et  
non inuenies &c.

**Accinge &c.** Videtur hic primū, quod dictū est  
Helie. 3. Reg. 19. ut Helias cōmiserit Heliseo, Heliseus  
huic filio prophetarū. Acceperat enim Helias mādatū  
de ungedo lebu. sed hic primū erat implendi tempus.

**Fugies &c.** Aut timori & fragilitati huius nun-  
cij consuluit propheta, aut retineri noluit, ut nuncij  
sui redderet rationem. Verbis enim Dei & praece-  
pto noluit humanum uerbum addi &c.

Sanguinem seruorum ] . 3. Reg. 18.

Mingentem &c. ] de hac oratione alibi dixit.

Sicut domum &c. Lege. 3. Reg. 15. & . 16.

**Insanus &c.** Insani iudicantur à sapientia mun-  
di qui habent Dei uerbum &c.

**Falsum est.** Id est, nō nouimus quod tu dicis nos  
nosse, quasi nos sciamus quid illi insani humanū rē  
cōtemptores agant etiam in occulto, cum quibus nobis  
nihil commercij est in propatulo.

**In similitudinem tribunalis.**

Heb. Ad horologiū solare, quod forte illic milites erex-  
erant &c.

**De ciuitate.** Id est, ex ista ciuitatis obsidione.

**Porro loram &c.**

Repetit



Repetit superiori capite dicta, ut ob oculos nobis ponat iudicium dei quo simul duo reges perierunt. Et de Ochozia in Para. dicitur. Voluntas quippe fuit dei aduersus Ochoziam &c.

### In agro Naboth &c.

Ita uoluit deus, ut impleretur uerbū eius quod dixerat per Heliam.

**Fornicationes.** sunt idololatriæ, & reliqua quæ fecerat contra cultū dei, & prophetas, uerbi Dei præcones. De talibus in psal. dicitur. Perdidisti omnes qui fornicantur abs te.

**In ascensu.** Lege, In curru, quæ iter Gur, quæ est iuxta Ieblaam. Ascensum pro curru nonnunquam posuerunt interpretes, ut in psal. Qui ponis nubē ascensum tuū &c. Loca ista sunt in tribu Manasse Iosue. 17. Sic conciliabis quæ hic & in Par. dicuntur. Ochosiās fugit in Samariam, dum persequabatur eū Iehu, & illic latitabat. Inuentus autē educitur ad Iehu in curru & percutitur, & accepta letali plaga contemptus derelinquitur, & fugit in Mageddo & moritur. Honor uero sepulturæ exhibetur propter pium patrē Iosaphat, à seruis regis Iuda, permittētibus seruis regis Israel &c. Samariam autē, in quam fugit, non intelligo interiorem ciuitatē, sed agros, et ea quæ Samariæ ciuitatis erāt etc. depinxit

Depinxit &c.

Quasi placitura Iehu, & tamen eum uidens, qui occiderat filium regem, non potuit se continere quin cominaretur uindictam, dicens. Nunquid pax fuit Samri, qui occidit dominum suum? quasi dicat. Ita huic fiet quæ admodum Samri. 3. Regum. 16.

Quæ est illa?

Heb. Quis mecum? quasi dicat. Est ne hic aliquis qui stet à me. Et additur, Et adiunxerunt se ei duo aut tres eunuchi (scilicet Iesabelis) Et dixit (scilicet eunuchis) præcipitem date eam. Et præcipitem dederunt eam, ita ut paries & equi sanguine eius aspergerentur, & ipsa conculcata est. Cumq; introgressus comedisset & bibisset, ait &c.

Filia regis. ] Scilicet Sidoniorum. 3. Regum. 16.

Sermo domini &c. ] 3. Regum. 21.

Et erunt &c.

Non sunt uerba Prophetæ sed Historiographi. Sic ergo lege, Et factæ sunt carnes Iesabel sicut stercus super faciem terræ in agro Iesraël, ita ut non potuerit dici, Hæc est Iesabel. Vides itaque quo ignominie peruenit illa impia gloria, quæ cultum Dei impium in utroq; regno promouerat, & uerbi Dei præcones occiderat & persecuta fuerat.

Iesabel gentilis & pulchra, quæ tanta potestate re-

Allegoria  
de Iesabe-

146 ANNOT. IN SECVNDVM LIB:  
gnat in Israël, quem populū dei esse oportebat, aptissi-  
me significat traditiōes humanas, quæ à deo non sunt-  
doctrinæ enim sunt dæmoniorū, tamē pulchræ sunt, id  
est, rationi humanæ arrident, & speciē pietatis habēt,  
dū interim prophetas, id est, uerbū dei, tanquam hære-  
sim occidūt & cōculcant, dānantq; quotquot dei uer-  
bo consentiunt ut indignos quos hæc terra ferat. Hinc  
cū tanta potestate diuitijs, honore et opinione iustitiæ  
regnāt contrā dei uerbū in illo populo, qui dei debebat  
esse. & qui uel solum se populū Dei gloriatur, ut tunc  
Israël. Sed ubi uenerit tēpus iudicij, ut harū, et qui ear-  
um fuerūt cultores, stulticia reueletur omnibus homi-  
nibus, incipiunt se primū ornare, ut Isabel ad introitū  
Iehu, quemadmodū legis de fatuis uirginibus, sed fru-  
strā. Sal infatuatus namq; nihil utilis est, nisi ut proijci-  
atur & cōculcetur ab hominibus, ut & corā mūdo,  
& corā deo cadāt in opprobriū & interitū, qui Pro-  
phetas, id est, uerbi dei præcones, & Euāgelium gloriæ  
dei persecuti sunt & oderunt. Omnis enim caro scēnū,  
& gloria eius quasi flos scēni. Exiccatum est scēnum et  
decidit flos, quia spiritus domini sufflauit in illud. Ver-  
bum autem domini stabit in æternum. Hæc oportuit  
de ista meretrice dici, quæ cum tanta molestia, suo fu-  
co, contrā uerbum Dei regnare describitur nobis histo-  
ria tam bene longa.

C A P V T X.

Reliquia

**R**eliquia Achab omnes cum cultu Baal secundum uerbū domini, de quo supra dictum, intereunt.

Filios etiam nepotes uocat more scripturæ, siue ergo filij fuerint Achab, siue Ioram, tamen filij Achab dicuntur, &c.

### Iusti estis?

Per interrogationem legendum. quasi dicat. Itāne iuste facitis? itāne pugnatis pro filijs domini uestri, ut etiam occidatis? Tamen iudicium Dei hoc est, & ueritas uerbi eius &c.

### Cumq; uenissent.

Etiam ex Iuda affinitas Achab & Iesabelis auferatur, quod eorum impietatem secuta fuerat, ne quid illius mali seminis superesset, postquam dominus prædixerat omnia auferenda &c. Huc enim pertinet quod hic legis & capite sequenti.

Rechab cuius iste Ionadab est filius optimus uir fuerat, qui totā suam posteritatem docuerat cōtemnere uoluptatē, & huius mūdi bona percuntia, ut uides Hiere. 35. Fuit ergo hic Ionadab bonus uir et notus in Israēl, ut qui doleret de impietate, & legē Dei amaret.

Ad reliquias quoq; Achab pertinēt sacerdotes Baal & cultus eius, idcirco etiam auferuntur.

Verūtamen a peccatis Hieroboā &c.

Vel hinc uide, quam speciem pietatis habuerint uituli



aurei. Nam si apud istum Iehu, qui tanta fecit pro deo,  
 ista impietas manet, non mirum si apud alios. Verū hac  
 Vituli au- de re aliās diximus. Habuerunt uerō uituli aurei illam  
 rei. apud Israēlitas speciem, quam apud nos missæ papisti-  
 cæ, quibus obscuratus, atq; adeo ablati sunt nobis uerus  
 usus uenerandi sacramēti corporis & sanguinis Chri-  
 sti, unō totum Christi Euangelium, atq; adeo ipse Chri-  
 stus, ut tantum nomina nobis reliqua sint ablati rebus.  
 Atq; hæ missæ adeo insederunt animis, ut hodie qui reī  
 Euangelicæ fauere uidentur, qui cōdemnant nobiscum  
 Missæ. multos errores, tamen indigne ferant à nobis missas cō-  
 demnari, dum eas nitimur ad hoc reuocare, ut sint tan-  
 tum communicatio corporis et sanguinis Christi, in cō-  
 memoracionem, quod hæ tradita sunt pro nobis in re-  
 missionem peccatorum, & non amplius occisio Chri-  
 sti & mactatio siue sacrificium papisticum pro uiuis  
 & defunctis. Verū hac parte cupiditas excæcabat re-  
 ges Israēl, ne à uitulis deficerent. Timebant enim id  
 quod & Hieroboam, ne ubi iret populus in Hierusalē  
 deficeret ad regem Iuda &c. Hæc præ cæteris regibus  
 in Iehu impietas nihil habet excusatiōis, qui certus erat  
 quod regnum ipsi traditum erat à Deo, & tanta per-  
 deum pro deo fecerat. Conseruasset itaq; regnum qui  
 dederat. Atque hæc una cupiditas regni & lucri in no-  
 stris quoq; non sunt abrogari missas papisticas, tametsi  
 intelligant institutioni Christi esse contrarias. His enim  
 cadentibus

cadentibus nihil reliqui manebit papistico regno. Nam ubi Christus per Euāgelium in cōscientijs regnare cœperit, quicquid aduersarij regni est cōsistere nō potest.

### Quia studiose &c.

Qui in temporali mandato obedierat deo, temporalem accipit mercedem, de quo & infra uide cap. 15. eternam alioqui mercedem accepturus si in eternum obedisset. Nec mirum hoc, Nam et Babylonius accipit mercedē cum suo exercitu pro uastata Tyro, Ezc. 29.

### Tædere.

More humano loquitur, quasi Deus affectum ceperit de contemnendo Israële, quem hactenus ut dilectum uoluit seruatum. Idcirco iam adfligitur à Syris, ut & 13. cap. dicitur, ut uideas hic post gladium Iehu, etiam gladium Afaël regis Syriæ, quemadmodum prædictum erat Helix. 3. Regum. 19.

## CAPVT XI.

DE hoc loco supra diximus, quod ad homines attingit omnia hic humanis uidetur agi adfectibus. Prouident Athalia sola uult regnare, ideo occidit omne semen regum, id est, omnes masculos ex quibus potuisset aliquis regnare, etiam filios filij sui, quid enim nō auderet ista impietas ex Achab reliqua? Iosaba autē furatur Ioam,

150 ANNOT. IN SECVNDVM LIB.  
ne omne semen fratris pereat. Et pontifex querit occa-  
sionem, ut quandoq; liberentur ab impia regina. Tamē  
interim ista omnia fiunt dei iudicio & providentia, &  
præterea ad præstandum suum uerbum. Prædixerat  
enim dominus contrā domum Achab, idcoq; & pere-  
unt qui una impietate cum eo erant coniuncti etiam in  
regno Iuda. Sed hic oportuit uel furto seruari unum  
ex regia stirpe Dauidis, secundum promissionem Dau-  
di factam, Ad Christum enim regem ex Dauide promif-  
sum hæc historia respicit, secundum illud Iacob. Non au-  
feretur sceptrum &c. Quid tentationis per istos sex  
annos, impijs interim blasphemantibus dei promissio-  
nem Dauidi factam, sustinuisse putas fidem piorū, dum  
nihil minus uidebatur quàm uerum futurum quod de  
regno Dauidis, atque adeo de Christo, ex eo uenturo,  
promissum erat? &c.

### Introeat sabbato.

Per participium reddēdum erat, Ingressus, ut in-  
telligas singulis sabbatis alios accessisse custodes, et ali-  
os completa hebdomada abscessisse. Ullos hic uocat in-  
gredientes, hos autem egredientes.

### Septum templi.

Templi, abundat, significat locum illum in templo  
ubi Rex erat.

In illis locis posita est armata custodia, ubi uideba-  
tur peria

tur periculum fore per reginam.

Quando Davidis arma in templum posita sint nō legimus, tamen illic fuisse hęc historia testatur.

Testimoniū uocat Deuteronomiū, de quo præcipitur Deute. 17. & Iosue. 1. & c. Coronæ debet adiunctū esse Deuteronomiū, alioqui mera impietas regnabit.

Educite eam extrā templum in atrium. Et infrā, Et impegerunt & c. Lege, Et processit per uiam introitus equorum usq; ad domum regiam. Erat enim uia à domo regia usq; ad partem atrij templi, ubi descenderūt reges de equis ingressuri in templum.

Fœdus inter deū & regē est promissio regis & po Fœdus cū  
puli, q; porró colituri sunt Deū secūdam legē. Ad quod Deo.  
sepe legis in libro Iudicū. Contrā impij dicūt in Esaia,  
Percussimus fœdus cū morte, & cum inferno fecimus  
pactum. Fœdus autem inter regem & populū, est mu-  
tua promissio siue etiam iuramentum, quod rex pater  
futurus sit populo, & populus regi obediturus.

Sicut in Israël, ita & hic in Iuda aufertur cultus  
Baal & c.

## CAPVT XII.

Quia Ioas uidit se seruatum à Deo in regnum, &  
instruebatur à Ioiada pōtifice sacro Deuterono  
mio, curauit ea quę dei sunt, nēpe in primis  
ut tēplū à deo electū istauraretur, ut populus ab idolo-



latria auocatus secundum legis præscriptum seruiret Deo, illicq; inuocaret Deum, ubi exaudiendi habebat promissionem. Siquidem ut est in Paralip. Athalia cum filijs suis quædam in templo ruperant, auferentes ornamenta sacra quibus ornauerunt Baalim. quemadmodum hodie impietas quæ dei uerba sunt aufert à domo Dei adorandam idololatriam traditionum humanarum. quæ pietas contra ubi Deus dederit intellectum reuocat in locum suum, conculcata idololatria & confu-

Opus Dei negligi- sis humanis adinventionibus. Primum itaq; opus Dei est, edificare templum, quod hodie solo uerbo dei edificatur. Templum enim dei sanctum est quod estis uos, ait apostolus. Verum sicut tunc sacerdotes & leuitæ, quibus instaurandi cura mandabatur, cessatores erant, ita ferè & nunc. Necessè est ergò uocari alios, ne perpetuo domus dei non edificetur. De eo uerò, quod excelsa non abstulit, diximus in historia Asæ regis Iuda. 3. Regum. 15. Porro hic Ioas scribitur pius fuisse donec docuit cum Iolada pontifex, ut uideamus quid debeamus uerbo dei, quo abiecto omnia horrendis erroribus impleantur necessè est. Testatur hoc, ut alia taceam, totus liber Iudicum. Siquidem defuncto Iolada ad impietatem deficit cum populo, ut legis in Paralipomenis, nec respicit ad increpationem Prophetarum. quin & iubet occidi increpantem Sachariam filium Ioladæ spiritum sancto plenum, de quo Christus loquitur Matt. uigesimo

uigefimotertio. ut etiam hic humanitatis omnis exper-  
tem uideas qui diuina dereliquerat. Nihil enim recor-  
datus uel beneficiorum patris Ioladæ, ut non interfice-  
ret filiū. Idcirco iudicio Dei in mala insignia per Afaël  
regem Syriæ incidit, & turpi fine à seruis suis occidi-  
tur. ut uideas semper illud. 1. Regū. 2. Quicumq; hono-  
rificauerit me honorificabo eum, qui autē contemnūt  
me erunt ignobiles.

### Omnem pecuniam sanctorum.

Sanctorum, neutrum est, Sic autem lege, Omnē pe-  
cuniam quæ sanctificatur in usus domus domini, nem-  
pe pecuniam quam quisq; dat secundum estimationē,  
& pecuniam quam quisq; dat pro anima sua, & omnē  
pecuniam quam quisq; spontaneo corde offert in usus  
domus domini, accipiant sacerdotes quisq; suam par-  
tem, ut inde instarent ruinosā in domo domini ubiū-  
q; ruinosā inuenerint. Primum non ignotum est in scri-  
pturis uerbum sanctificare, id quod est Deo separare,  
ut non amplius res in usus ueniat prophanos. Deinde Sanctifi-  
quod additur, In usus domus domini, significatur, quod care.  
rex non uult ut ex pecunia, quæ secundum legem san-  
ctificabatur sacerdotibus, instaretur templū, quia hoc  
esset contrā Dei legem, in alios scilicet usus cōuerti pe-  
cuniam quā deus præscribit ut sit sacerdotum. Impi-  
um enim est quocūq; suo pietatis facere quasi aliquid  
melius, tamen contrā manifestum dei uerbum. Porro

pecuniam secundum estimationem puto illam, quam quisq; dabat ad edificium templi secundum suam facultatē, tamen libero & spontaneo corde, ut dicitur Exod. 35. ubi secundum facultates suas offerunt, alij aurum, alij argentum, alij aes, alij pilos caprarum &c. Deinde pecunia autem quam quisq; det pro anima sua, id est, ne ei plaga contingat à domino, præcipitur Exod. tricesimo. Est autem dimidium sili, quod non secundū estimationem datur, sed æque à diuite atque paupere. Ut uideas, ubi pro aniā, id est, uita redimenda, datur, apud Deum æque ualere pauperem ac diuitem. Nō est enim acceptor personarum Deus &c. Quid uerò pecunia spontaneo corde oblata in usus domus domini significet nemo ignorat, nempe quicquid in gloriam dei non nostram prædicamus, docemus, facimus ad edificationem aliorum. Hinc & Paulus & Prophetæ libèter in spiritali profectu utuntur edificationis uerbo. Quod autem quisq; sacerdotum suam partem ex pecunia accipit ut expendat ad edificiū, significat, ministros uerbi secundum mensuram fidei accipere uerbum ut edificent ecclesiam, id quod & parabola habet Euangelica de talētis & pecunia accepta, ubi & de neglectoribus profertur sentētia &c. Itaq; & hoc aduerte, quod ubi impenditur pecunia uerbi Dei sunt opera domini, quæ antea non fiebant dum pecunia à sacerdotibus retinebatur &c. Fide uerò tractatur, 1. Corinth. quarto.

ut fin

ut fidelis quis inueniatur &c.

### Veruntamen &c.

De his templi instrumentis, diximus in historia Salomonis, præter tubas sacerdotales de quibus in lege, quæ prædicationem uerbi dei, clare adumbrant, secundum illud Esaiæ, Exalta quasi tuba uocem tuam &c. Quibus clangentibus cadunt muri Hiericho, id est, regni mundi et Satanae munitiones extolles se aduersus scientiam dei &c. 2. Cor. 10. Aduerte quod hic negat ex illa pecunia hæc instrumenta facta, intelligi, dum iniuriam opera templi fiebant, Nā cōpleto edificio residua pecunia allata est ad regem. 2. Para. 24. & inde facta sunt instrumenta aurea & argentea.

### Tunc ascendit Afael.

Scilicet ubi defecerat Ioas à deo. Et additur, Tulit Ioas omnia sanctificata &c. Dum enim nos auferimus per impietatem deo, abiicit deus etiam omnia quæ ei sanctificaueramus, nō enim nostra uult dum impium cor est. Quicquid enim non ex fide est peccatum est. Reliqua uide in Paralipomenis.

In domo Mello. i. in domo regis. 3. Reg. 11. Sepelierunt. Non percussores sed ciues & nobiles &c.

### CAPVT XIII.

De.



**D**E hoc loco, quod Israëlob peccata traditus est gladio Afaëlis regis Syriæ, dictum est ut in fine capituli. 10. Misericordia uero dei commendatur, quod etiam exaudit iam miseros utcunq; antea impios, quos ut maxime norit à peccatis suis & idololatria non recessuros, tamen iuuat propter nomen suum quod iam inuocatur, ut inde glorificetur, uel apud nos & usque ad finem mundi uenturos, quod inuocatus recordatus sit misericordiæ suæ & pacti sui, quod inierat cum patribus Israëlitarum Abraham, Isaac et Iacob, ut & infra in hoc capite dicitur. Quem uero saluatorem, id est, duces & propugnatores (quemadmodum sæpe ita appellari uides in libro Iudicum) eis dederit, historia non dicit.

### Cunctis diebus.

Id est, quàm diu uixit Afaël, & post eum Benadab filius eius, non habuerunt Israëlitæ pacem, præter paucum tempus sub Ioachas qui deprecatus est dominum pro liberatione.

### Habitaueruntq;.

Hac oratione propheta solent non solum pacem externam, sed etiam fiduciam coram deo describere, alludētes ad hanc pacem corporum & rerum. ut Esa. 32. In tabernaculis fiduciæ &c. Hiere. 23. Israël habitabit confidenter. Micheæ. 4. Et sedebit uir subtus uincæ suam &c.

Sicut

## Sicut heri et nudius tertius.

Id est, sicut ante quando non oppugnabatur à Syro. Sic enim loquuntur Hæbræi, Heri & nudius tertius pro ante, quemadmodum et Iacob dixit Gen. 31. Video faciē patris uestri quod non sit erga me sicut heri et nudius tertius.

Lucus iste aut est ex reliquijs idololatriæ Achab, aut, quod ueri similius est, ab isto Ioachas impio post Iehu plantatus.

Sicut patri coram domino deprecanti, ita et huic Ioas licet impio coram Heliseo flenti conceditur uictoria contra Syrorum regem, propter pactum patrum &c.

Contra Amasiam ¶ Vide sequenti capite.

## Helisæus ægrotabat.

Qui ægros sanauerat & mortuos suscitauerat, quin et ægrotus alijs promittit contra Syriæ regem remedium, & defunctus suscitatur mortuum. Eodem fine uidentur mori & pii & impij, sed hos infidelitas per desperationem confundit, illos fides in pace & gaudio consciētiae suscipit. Idcirco mundus istud fidei regnum non ridere & contemnere non potest, quia longe diuersa apparēt cæco iudicio, quam quæ uerbum prædicat & fides iacet atque gloriatur.

Descendit. Præsenti necessitate dum premitur à Syris coactus dolet Helisæum mori, cuius consilio & auxilio iam liceret alioqui uti, cuius tamen prædicatio

nem contempfit. Exemplum impietatis hodiernæ, dum multi suscipiunt in prædicatoribus ueritatis quod eis commodum uidetur, reliquis quæ ipsorum arguunt impietatem contemnunt.

**Aperi.** Ex illa enim fenestra respiciebatur uersus Syriam. Et propheta non solū uerbis sed & signis prophetat, quemadmodum prophætæ nonnunquam solent. Hic enim reuelationem acceperat toties uictores fore Israëlitas, quoties rex terram sagitta percussisset.

Aphec 7. 1. Reg. 29.

**Latrunculi.** Id est, milites &c. Casus uidetur

Casus dei quod terrore aduenientiæ exercitus cadauer proijcitur  
providen- in sepulchrum Helisæi, sed dominum istud egisse quis

ta. nō uidet ex eo quod illic facit miraculo? Confirmat uero dominus ista mortui suscitatione prædicationē Helisæi, ut adhuc uideant quā impie eam contempserint, & adhuc resipiscant, quādo istum Deo dilectum uidēt qui impietatem arguerat. Non uidebis ob aliud fieri

Miracula uera miracula in tota scriptura, quā ut credatur illis,

uera. quos Deus mittit ut prophetent, quemadmodum alibi diximus. Sed nūquid osibus Helisæi ob id aliqd honoris impensum est aut aræ erectæ? ut taceam quod hoc impium fuisse, quod tamen inde efficere uolunt, qui iustitiosos monachos & auaros episcopos cannonizant, ob ficta & mendacia signa, quibus ne tantillum quidem in uerbum dei siue Euangelium sacrum respiciunt, na  
uerba

uerbo quidem mentio fit quid de Christo prædicarint, sed ridicula signa narrantur quemadmodum de Christo etiam mētū sunt in libro, de infantia saluatoris. Si quæ autem signa uere facta sunt à iustitiarijs illis, satis liquet nobis ex Deut. 13. quo loco ea habeamus, oportet enim & talia fieri ut seducantur mendacio, qui dilectionem ueritatis non susceperunt, quemadmodum Christus & Paulus prædixerunt. At aiunt, impij israelite tunc neglexerūt exaltare ossa. Sed quid dicis ad exemplū pijsissimi Iosifæ regis Iuda, qui ossa prophete sepulti iussit esse intacta. 4. Reg. 23. ? Honore quidē sepulturæ propter futuram resurrectionem sanctos exemplo ueterum dignamur, ceterum de ossibus mortuorum nihil mandauit nobis Deus, mandauit autem ut uerbo uiuentium sanctorum credamus, et eorū necessitati subueniamus.

Sepultura

### Vsq̄ue in presens tempus.

Non intelligo de tempore scriptoris, sed de tempore huius historie quando hæc facta sunt. Nam post abiectis eos dominus.

### CAPVT XIII.

**O**Mnino similis est historia Amasie historie patris Iosif. Nam primum quæ recta uidebantur fecit, & audiebat prophetā, ut uides in paralipomenis. Hinc et dominus dedit ei uictoriā in signem contra Idumæos,

Sed



Sed hypocrisim fuisse euentus declarat, ubi enim gratum esse deo oportuit de uictoria, adorat in blasphemiam dei deos Idumæorum, qui non potuerant liberare populum suum. Ideo iudicio dei eleuatus in superbia, prouocat contra se Ioam regem Israel, & cacat malum sibi.

Non ut Dauid pater eius, sed sicut Ioas pater eius, Nam excelsa non abstulit. His uerbis hypocrisim eius descripsit. Similia enim opera in hoc & in Dauide uidentur, non tamen similis fides: Id quod & ita in Par. dicitur. Veruntamen non toto corde &c.

Scriptum. Deu. 24. Et hoc ad hypocrisim & simulationem legis pertinet.

Ipse percussit &c. ] Hæc plenius legis in Par.

Et apprehendit.

Ex Hebræo. Et obtinuit iure prælij ciuitatem Sela, & uocauit nomen eius lecteel.

Tunc misit etc.

Domini parauit ei hoc malum quia adorauerat deos Idumæorum, nec audire uolebat prophetam increpantem, ut est in Par. alipomenis.

Carduus &c. Prouerbum uidetur fuisse, quando despecti uolebant magnis esse pares, quemadmodum potentes potentium filias petunt uxores. Se ergo cedrum libani uocat, regem Israël carduum, bestias autem saluus populum in Israël conculcaturum regem

Iuda

*Iuda cum suis.*

### Adduxit in Hierusalem.

*Non interfecit cum, ut bis esset miser, uidendo mala que sibi adsciuerat.*

### Tulit omne aurum.

*Quæadmodum & rex Syriæ fecerat sub patre huius.*

### Dormiuitque Ioas.

*Repetit ex superiori capite, ut redeat ad ordinem historie.*

### Coniuratio.

*Non dubium, propter mala que propter eum passi fuerant. Interim tamen ista iudicia deus per alios in eum exercet quia recesserat ab eo. ut est in Paralipo. Semper enim in his historijs alijs oculis uidentum est in uoluntatem dei, & alijs in uoluntatem hominum, quemadmodum nonnunquam in superioribus historijs adnotauimus.*

*Afarias iste alio nomine Osias dicitur, de quo in sequenti cap. dicitur. Sub isto Afaria usque ad tempora Manassis prophetant insignes prophete Esaias & Oseas. Item sub Afaria & sub Hieroboam secundo rege Israel prophetant quoque Amos & Ionas. Ut uideas que gratia uerbi dei etiam post Heliseum abundarit illic, & rursum qui contemptus eiusdem fuerit & blasphemia, ut cogere tandem deus abijcere eos, quod iudicium tunc timendum est, ubi uerbum abundat, si, ut hodie, con-*

L temptum

152 ANNOT. IN SECVNDVM LIB.  
temptum & blasphematū fuerit cum suis præconibus.  
Interim tamen deus utcunq; in paucis per uerbum su-  
um curat salutem &c.

Per Hieroboam secundum, licet impium cultorem  
uitulorum, liberat deus Israëlẽm à Syris pressum, pro-  
pter pactum patrum, ut diximus capite superiore, &  
propter uerbum Ionæ prophetæ, quo promiserat me-  
liora, quod uerbum nunc non extat in aliquibus libris.  
Dabat ergò hic Dei ueritas & misericordia, quod illo-  
rum impietas non merebatur, ut nõ solum per insignes  
prophetas, sed etiam per præsentia beneficia admoni-  
ti, redirent ad deum patrum ipsorum.

Emath in regione Damasci siue Syriæ est. Mare so-  
litudinis mare mortuum putant, ubi est Sodomorū re-  
gio. Hæc omnia loca, Syris uicina, Syri Israëlitis abstu-  
de clausis et extremis alibi diximus. (Ier. 47 &c.)

## C A P V T X V.

**H**istoria Asariæ siue Osie similis est historiæ pa-  
tris Amasie & aui Ioas, facit enim quæ recta ui-  
dentur donec instruit eum Zacharias propheta, nõ ille  
cuius liber extat, ut est in Paralip. Sed illi ab hominibus  
Prædicatores occiduntur dum à deo ad idola deficiunt. Hic autem q;  
tores non eontra legem Dei sibi sacerdotium arrogat à deo ipso  
missi. Leprosus percussus, quam secum trahit usq; in sepulchrũ.  
Sacer-

Sacerdotium sibi arrogant, qui docere quæ dei sunt nō missi præsumunt. Non sperato eos habere uerè uerbum dei, dum sub uerbo Dei sua quærunt, id est, gloriam ab hominibus & lucrum. Ideo percutiuntur lepra, id est, fit iudicio Dei ut ipsi hæretici fiant, & non nisi hæretica doceant, ut scilicet aliud docentes quàm simplicitas uerbi Dei habet seducti seducant, & ut Paulus in Actis ait, loquentes peruersa, id est, ea quæ non sunt secundum uerbum Dei, discipulos post se trahât. Quales sunt hodie qui uerbis uocant Christum saluatorem, factis autem negât. nam suis iusticijs & operibus quærunt salutem & quærere docent. Hi ut leprosi secundum legem ab hominibus secludendi sunt, & à regno amouendi, id quod fiet, dum uerbo Dei eorum insipientia detegitur, & nota sit toti mundo, ut quisq; possit lupos cauere, qui se sacerdotes, id est, Dei ministros contra Deum deo ignorante, atq; adeo deo prohibente, fecerant. Nemo enim sibi adsumat honorem hūc nisi qui uocatur à Deo tanquam Aaron, nisi uelit à Deo cum Asaria percuti lepra, & à regno dei esse alienus.

### Ioathan uero.

Ex hoc loco cōcordabis si quid diuersum uidetur in historia. Nam quandoq; etiā in hoc tēpus respicitur, quo regnat Ioathan patre uiuente. quandoq; tantū in tēpus post mortem patris, ut suprā quandoq; dictum.



## Sepelierunt.

Non tamē in sepulchro Regum propter lepram, ut est in Paralipomenis.

In isto Zacharia rege Israēl, qui dimidio anno tantum regnat, completur uerbum Dei, quod dixerat dominus supra cap. 10. ad Iehu. Filij tui usq; ad quartam generationem sedebunt super thronum Israēl. Post hūc autem, non cessante impietate usque ad regni abiectio- nem, nemo regum Israēl regnum tradit posteris, nisi q; Manaben filius biennio post cum regnat, sed alij alios perdunt, donec ruat totum regnum, secundum illud, Omne regnum in se diuisum desolabitur &c. Hęc cer- tum est ex iudicio Dei ita facta.

In Tapsam siue Tisam ciuitatē regni Israēl cru- deliter ultus est Manaben, q; eū regem suscipere nolu- erit. Quid quæso crudelius uel ipse Asaël Syrus (de quo talia prædicuntur supra capi. 8.) potuisset facere Israëlitis? Sed hęc sunt initia dolorum. Statim uerò iste Manaben, quo stabiliatur eius regnū per brachiū Assy- riorū, efficit ut diuitiæ Israëlis transeāt ad Assyrios. Ad quos post suā filijq; mortē abducuntur omnes Israëli- tæ qui habitabāt trans Iordanem, & magna pars citrā Iordanem. Ita scilicet pereunt, qui per aliud quā per Deū stabiliiri quærent. Atq; hic incepit dominus trans- ferre Israëlem, & abijcere sub penultimo rege, post quem abiecit totum, ut uidebis cap. 17. Et ne quis iudi-

cio car

Trāslatio  
Israël.

cio carnis istam primam translationem referat, & su-  
perbie & potentie Assyriorū acceptā, scriptura (.1.  
Para.5. aut, ut nunc Hebræi distinguunt cap.6.) sic di-  
cit de duabus semis tribubus quæ habitabant ultra Ior-  
danem. Cum dereliquissent deum patrum suorū, et for-  
nicabantur post deos illorū in terra populorum, quos  
deus coram ipsis abstulerat, suscitauit Deus Israël spiri-  
tum Phul, regis Assyriorum, & spiritum Teglath Pal-  
lasser regis Assyriorū, & abduxit Rubenitas, Gadita-  
tas & dimidiam tribum Manasse, et induxit in Halah,  
& Habor & Hara, & ad aquā Gosan usq; in præsen-  
tem diem. Quibus uerbis clarum euadit, qua caussa, et  
qua ui superati sint & abiecti, ut discamus & nos non  
contemnere eum, qui non minus ac illos suo uerbo nos  
hodie reuocat à uijs patrum infidelium & c.

Jonathan iste direxit uias suas coram domino deo,  
Ideo per Deum fortis fuit contra aduersarios. In die-  
bus eius rex Syriæ, & rex Israël, ceperunt (ita curan-  
te domino) uenire contra Iudam, sed nō præualuerūt,  
ut puto propter Ioathan deo dilectum. Seruabātur au-  
tem hæ pestes, licet & sibi in malum, contra filium hu-  
ius Ioathan Achas, ut dominus castigaret Iudam, quod  
& ipse à peccatis suis non abstineret. Nam ut maxime  
alia non fuissent, tamen peccatum erat nunc tandē re-  
uelata ueritate, deum in excelsis illis colere cōtra legis  
præceptum. Nam utcunq; religiose colas Deum, tamē

Cultus su-  
perstitio-  
sus.

166 ANNOT. IN SECVNDVM LIB.  
impius cultus est, si deprehenditur cū uerbo dei nō cō-  
uenire. Quod enim hic immolare & adolere in excel-  
sis dicitur, in Paralip. dicitur peccare uel perdi. Hunc  
in excelsis cultum licet Prophetae & lex damnarent,  
tam sanctum habebant populi, ut ne pijs quidem regi-  
bus tollere liceret, Vt hic iudicio Dei magis specie san-  
ctitatis excæcarentur, qui uerbo Dei non credebant, et  
sanctorum fides, dum uidebant quæ nolebant, plus ex-  
erceretur. Hic enim dolemus uidendo, & male audi-  
mus dum contradicimus. Necessse ergo est ut scandala  
fiant, quæ non omnia tollentur ante iudicij diem extre-  
mum, Matth. 13. Aduerte quod Iosephus circa hoc tem-  
pus putat Naum prophetasse.

C A P V T XVI.

**Q**uam nihil sint tituli generis uel hinc uidere li-  
cet, q. impiissimus Ahas pij patris est filius, &  
rursum ipse piissimū habet filiū Ezechiam.  
Hic autē pater impiissimi Manassis licet ueniā cōsecuti.  
Nihil est cor am deo carnis prerogatiua, à quo sola fi-  
des cordis respicitur, Ioan. 8. Impie ergo hodie loquun-  
tur de Euāgelio, dicētes. Si hæc doctrina uera est, dam-  
natus est pater meus, Hæc damnat maiores nostros &  
progenitores, id quod non feremus &c. Ahas iste su-  
Ahas im-  
piissimus. p. a modū impius est, atq. ideo infelicissimus in suo re-  
gno, quemadmodum clarius uides in Paral. Non enim  
sequitur

sequitur solum peccata regum Israël, sed & omnē idolatriam gentium, quæ olim erant in terra Chanaan, quæ prohibita est, Deute. 18. & præterea ablato omni cultu Dei dijs Syriæ sacrificat in omnibus ciuitatibus suis. Atq; ideo accusatur in Paralip. q. non solum fuerit impius, sed & auxerit impietatem in tempore sue angustie. Hoc significante scriptura, q. dominus omnium iniquitatū eius ueniam dedisset, si uel adstrictus redisset ad dominū, cuius rei insigne exemplū est ipse Manasses, de quo post audiemus. Nihil hic profuerūt insignes prophetarum uoces, qui eius tempore prophetabant. Quam enim contēptus ab eo fuerit præclarus ille Esaias, dum etiam insignem Dei protectionem promittit cōtra regem Syriæ & regē Israël, in summa necessitate, uidere licet uel Esa. 7. Nā facit Achas illic quod natura solet, in auxilium humanum respicit, & Dei uerbo se committere uanum stultumq; iudicat. Non petam, inquit, signum, & nō tentabo dominum &c. Idcirco contempto deo, qui per Esaiā promisit liberationē, submittit se regi Assyriorum ut defendatur. Atq; hic Assyrius uastat Damascum propter Achas & transfert in Kira, quia Syria debebat perire propter mala quæ à tēpore Afaëlis intulerat Israëlī, quemadmodum paulo ante hoc prædixerat Amos propheta, ut legis Amos. 1. Ita abscondite agunt iudicia dei, dum nihil nisi humana fieri uidemus. Paulo post uastatorem habet Assyriū, quē



158 ANNOT. IN SECVNDVM LIB.  
habuerat protectore, ut uides in Para. Cui usq; adeo se  
submittit, ut nō solū aurū et argentū ei donet, quod re=  
periri potuit, sed etiā quo ei placeat, quæ sacra Dei ui=  
debātur abijciat. Quis nō hic miserrimū regnū & se=  
cundum deum & secundū mūdum intuebitur, ubi uer=  
bum Dei contemptui est, & nusquam tuti homines?  
Quid aliud hoc regnum est, q̄ mera regni desperatio?

Non ualuerunt.

Scilicet domino adhuc protegente, Esaiæ. 7.

Eloth ciuitatem Asarias rex Iuda abstulerat Syris,  
suprà cap. 14. Hic Achas rursū perdit.

Misit autem.

Scilicet contempta Dei promissione per Esaiam dicta,  
Esa. septimo.

Rasin autem interfecit.

Quia breui duratura erant duo regna Syria & Isra=  
ëlis. Esaias duos reges uenientes contrā Hierusalē uo=  
cauit magno cōtemptu duas caudas titionum fumigan=  
tium, quod scilicet iam arderent & superbe seuirent,  
Titiones  
duæ. qui extinctioni erant proximi, quod hic fumus finē pō=  
tius ignis indicaret quàm initium &c.

Perrexit.

Omnia facit Achas ut placeat Assyrio regi, nam hunc  
sibi deū propitiū post aurū datū senserat, propter quē  
& quæ sacra habebantur cōtemnit, ut infrā dicitur.

Ad

## Ad Vriam.

Similes hic habēt labra lactucas. Sed ita fit iudicio dei, ut dei cōtemptores habeāt impios sacerdotes, Et hodie nostri principes tales habent, qui nihil ueriti etiā hodie reuelatā ueritatē audent quiduis blasphemiarū, etiam contrā conscientiā, modo hoc principibus placeat, aut modo principes suos utcunq; rerum intelligentes cōni Principes uere uideant. Sacerdotes enim in sua respiciunt nō in impij-  
Deum, & principes uerentur non deum, sed maiorem potentiā cui adulantur, ut Acha Assyrio regi, Eleganter itaq; tales sacerdotes uocare liceret Achæ Vrias.

De altari & alijs sacris uide in historia Salomonis.  
De sacrificijs iugibus & alijs uide in lege Moysis.

## Cælatas bases.

Lege, cælaturas basium. Vide in historia Salomonis.

Musach interpretatus est D. Martinus Suggestum, siue cathedram prædicatoriam.

## Conuertit ad templum.

Vt amplius non esset usus corū quemadmodū ante. Sic enim intelligo. Et hoc propter regem Assyriorū, id est, ut ipsi placeret, quo intelligeret & audiret rex Assyriorum, Acham defecisse à sacris suis ad ritus gētium, id quod gētes maxime requirebāt à Iudæis, ut præter cætera uides in historia Machabeorū. Nō enim nō potuerunt odisse impij uerbū dei quod in Iudæis erat, quē-

admodū & hodie nō opus est ut exemplū huius lōgius petas. sed quēadmodū frustratus est hic Achas sua spe, ita sit tādē & illis, qui, ut placeant hominibus, impia defendūt. Habebūt enī hostes quibus adulati sunt, & c.

## CAPVT XVII.

Regni  
Israël  
finis. **H**ic tandem finem habet regnū Israēl. quod finem peccati non fecerat, quemadmodum hic accusatur. Aufert itaq; deus hic & abiicit quod patribus dederat, Nam nullis beneficijs, nullis correptionibus, nullis insignium etiam prophetarum miraculis & prædicationibus potuit assequi in illo populo quod quæsierat, nempe fidem, id est, ut agnosceretur pater, & c.

## Non sicut reges &amp; c.

Fiducia  
falsa. Nō enim nūc libuit noua adinuenire scelera & idololatras, capta Syria auxiliatrice perditāq; magna regni parte, quādo omnia in desperatiōe agebāt. Nō deo hic, sed nonnihil confisum est rege Aegypti, de quo aliquid quando accusantur in Prophetis, uel in Esaia, quod cōfidunt in Aegypto. sed hęc confidentia perditio totius regni est, dum prouocat contrā se defectione Assyriū, ita uolente deo, ut sequentia aperte declarant.

## Factum est &amp; c.

Causam captiuitatis huius dicit impietatem qua semp egerūt contrā deū, ex quo egressi sunt ex fornace serrea Aegypti per deū & c. lege Iudicū historias et alias.

Excelsa

Excelsa &c. Vel hinc uide quod peccarint per  
excelsa, ut alibi dictum. A turre &c.

Id est, tam in muratis castris quàm in ciuitatibus.

Per manum. Nihil aliud significat quàm præ  
positio per, aut per ministerium &c.

Militiam cœli. Id est, exercitū &c. De astris  
loquitur, uide Esaie. 40.

Adduxit etc. Quia Israël nō erat in terram suā  
reducendus, alienis ipsa Samaria traditur. Non ita fit Samaritana  
postea in translatione Iudæ, ut uidebis, nimirum ita cu  
niant. rante deo. Hic uides qui sunt Samaritani in Euangelica  
historia. Primum Samaria, regni Israël metropolis, no  
men accepit à Somer. 3. Reg. 16. non tamen Israël ite  
Samaritani dicebantur. Deinde gentes in Samariam  
translatæ à Iudæis Samaritani dictæ sunt, atq; hi Sama  
ritani habitabant postea in medio, dum Iudæi rursus  
non solum terrā regni Iudæ post captiuitatē Babyloni  
cam, sed etiam terram Galaad & Galilæam aliq; loca  
occuparunt. Aduerte quod Iosephus ait regem Assyrio  
rum transtulisse Israël in Mædos & Persas, & hic  
sequenti cap. dicitur Israëlitas translatos in ciuitates  
Mædorum. Hinc colligi quod tunc Assyrius imperarit  
Mædis & Persis, imò & ex hac historia, in qua uides  
etiam ex Babylone translatos in Samariā, colligi, quod  
Assyrius ad aliquod tempus subiugarit sibi Babyloniū  
regem, apud quē tamen monarchia erat usq; ad regnū  
Persarū.



Regnum  
Assyriorū  
et Chalde  
orū unū.

Perfarum & Mædorū. Nam idem Iosephus libro . 10 .  
antiquitatū cap. 3 . & . 5 . ait sub id tēpus, quo Senna-  
cherib rex Assyriorum occisus fuerat, Mædos & Baby-  
lonios ab Assyrijs defecisse, regemq; Aegypti ob id ue-  
nisse contra Mædos & Babylonios, quo in Asia impe-  
raret . Hinc est & illud quod perduto Sennacherib re-  
ge Assyriorum rex Babylonis siue Chaldeorū gratula-  
tur Ezechie regi Iudæ, infra cap. 20 . nimirum amicū  
agnoscēs cuius inimicus fuerat Assyrius, Alioqui regnū  
Assyriorum ex regno Chaldeorū natū, ut dicitur Gen-  
10 . pro uno regno cū regno Chaldeorum apud historio-  
graphos habitum est, quod monarchiā primā obtinens  
longe lateq; in oriente siue asia dominabatur .

De Cutha. Vnde Cuthæi secundum Iosephum  
dicti sunt, qui ab occupato loco Samaritani uocantur.

Terra  
promissio-  
nis.

Terra. Hæc erat terra promissionis, id est, fidei,  
quæ patribus promissa erat, idcirco ab infidelibus sine  
ultione diuina possideri non potuit. Non ergo nūrum si  
leones mittit alienigenis, quando & filijs peccantibus  
miserat Assyrios &c. Elegerat enim sibi deus hunc lo-  
cum, ut in eo habitarent eius, non idolorum cultores,  
quos etiam ante ingressum filiorū Israel ipse inde expu-  
lerat &c. Porro hæc plaga facit eos agnoscere pecca-  
tum, & efficit ut sacerdos mittatur quo audiant uerbū  
dei. Quis iam istam plagam non optandam iudicaret  
Samaritanis, unde accipiunt quod alijs nationibus ne-  
gatur

gatur, nisi post grauiori, licet occultiori, iudicio fieret  
 obnoxij, dum cognita ueritate quæ dei sunt suis errori-  
 bus permiscerent? Non habent deinde excusationem, id  
 circo eos amplius non punit deus ut grauius damnen-  
 tur. Samaritani hodie sunt clerici cum illis qui ipsis ad Clerici si-  
 herent, qui uolunt occupare locū sanctū, id est, regna ne uerbo  
 re in ecclesia dei, et non habent uerbum fidei. Vbi ue- Dei-  
 ro uident leones insurgere, id est, se reuelata ueritate  
 odio ab omnibus haberi, ne sua perdant admittunt uer-  
 bum dei, sed ita ut à suis erroribus non desistant. Per-  
 mittūt Euangeliū prædicari quod prohibere nō possūt,  
 sed permiscere uolūt cum impio suo dei cultu, per quē  
 ita confidunt se accipere uictum, quemadmodum Sama-  
 ritani per suorum deorum cultū. Hic si nō resipuerint,  
 utcunq; amplius non damnentur à mundo, grauius iu-  
 dicabuntur à deo, quàm antea quando ueritatem igno-  
 rabant. Non enim erunt Christiani, nisi omnia impia Christiani  
 dereliquerint, qui enim ( ait Christus ) amat sua plus  
 quàm me non est me dignus. Porro et hic fieri uidemus  
 quod Paulus ait. Vbi abundauit delictū superabūdauit  
 & gratia. Ex quibusdam enim clericis & monachis fi-  
 unt Euangelici prædicatores, non ficti illi, qui se hodie  
 passim Euangelio uenditant, sed qui audeant etiā ani-  
 mas pro Christo exponere & expèdere. Non omnino  
 aliter quàm Samaritanis contigit. Hi enim terram san-  
 ctam indigne occupabant, & graui dei iudicio lege dei  
 instructi

174 ANNOT. IN SECVNDVM LIB.

instructi à suis erroribus non cessabant, ita ut et ipsorū nomen Iudæis maxime fuerit abominationi, quando ecce primi ex gentibus ( quia in iudæa habitabant ) suscipiunt Euangelium gloriæ Dei, quemadmodum legis in Actis aposto. Vt taceam quod & obiter nonnunquam Christum ipsum audiūt prædicantem, ut Ioan. 4. & c. qui in carne missus fuerat tantum ad Israëlitas.

Timor fideus.

Sochot benoth, Asuna &c.

Nomina sunt ficta deorum illarū gentium. Timor iste domini, de quo hic dicitur, est timor impiorum. Timēt ne mittat leones, ne percutiat, ne damna patiantur, & tamen nō cessant ab ijs quæ uident deo displicere, uerbum dei contemnunt, & tamē eius fingunt sibi timorē. Quæadmodū in Esaia dicit dñs de traditionibus humanis. Timuerūt me mandato & doctrinis hominū &c.

CAPVT XVIII.

Dei pietas  
**P**ERDITO regno Israël, quid nisi desperatio potuit occupare regnum Iuda? Siquidem norunt & sibi à prophetis prædictā uastationem, id quod hæctenus contempserant, nunc autē uerum factum in fratribus israelitis uidebant. Cum ecce subito ille optimus Ezechias post impijsimū patrem illis excitatur, sub quo, ut cunq; mala experti, quibus uiderent quid meriti essent, melius  
 per

per deum habent, & rursum florēt quæ diuina sunt et humana, ita ut uideātur omnia in antiquam & pietatē & gloriam restituta. Exemplum hoc est diuina clemētie, quā nō uelit nos perditos, quālibenter adsit etiā post impietatē inuocantibus, quā etiā misereatur desperatorum, modo gratiā oblatam nō contemnāt &c.

Sicut Dauid &c. Id est, abiecit omnia quæ nouit esse impia, & restituit omnia quæ ex uerbo Dei siue ex lege Mosis sciebat deo placere. Ita fecit Dauid, ne quid hic aliud cogites. Mens et cor Dauidis, quo ipse faciebat grata deo opera, hic respicitur, De quo alibi deus, Inueni, inquit Dauid filiū Iesse, qui faciet omnes uoluntates meas. Simili corde, hoc est, uero & fideli fecit opera deo grata Ezechias. Impia alioqui hypocrisis est imitari opera sanctorum & non fidem. Hic non fiunt eadem opera secundum externam apparentiam quæ Dauid fecerat, sed fiunt opera eadem fide qua Dauid fecerat. Hoc est quod hic scriptura dicit. Fecit bonum coram domino sicut fecerat Dauid pater eius. Contra de hypocrisi supra cap. 14. scribitur, Amasias fecit rectum coram domino, non tamen ut pater eius, &c.

### Fregitq; serpentem æneum.

Quare autem fregerit, subditur, nam populus in signo <sup>serpentis</sup> æneus ser-  
 illo, licet dei, tamen idololatriam exercebat. Quis hic <sup>serpentis</sup> fra-  
 nō iudicasset illud signum debere seruari, quo deus ser-  
 uauerat <sup>æneus</sup>



uauerat populum in deserto tutum à morsibus serpente-  
 tum ignem uomentium? aut quis nostrum uel hodie in  
 eo si superesset nõ miraretur mysterium nostræ redem-  
 ptionis, de quo Christus Ioan. 3? Tamen hic laudatur  
 Ezechias quod fregerit, quod tamen in gloriam dei pijs  
 ostẽtari potuisset. Et certe impius hic fuisset Ezechias,  
 si illud quod agebatur probasset. Bene autem egit dum  
 abstulit illud, per quod ignominiam dei curabat popu-  
 lus, nec dominus illud seruari præceperat. Egregium  
 certe exemplum omnium ceremoniarum & instituto-  
 rum, quæ non uidemus uerbo dei præcepta, quæ alio-  
 qui libere seruari & non seruari possunt, nempe in qui-  
 bus non est iustitia illa Dei quæ est per solam fidem. Vbi  
 ea uidemus uerti in ignominiam Dei & coli ut sancta,  
 id est, quæri per ea salutem, statim debent cõdemnari  
 & ad nihilum redigi, ut prophana per uerbum Dei  
 esse uideãtur, quæ stultis oculis sancta apparebant per  
 hypocrisim humanam. Huc pertinet quod serpens cõ-  
 fractus uocatur Neusthan, id est, aheneus uel abenulus,  
 quasi dicatur. Metallum tantum est cui diuinum stul-  
 ti impendebant honorem, quasi et nos hodie dicamus,  
 Quid uobis cum simulachris mutis, quæ lignum, aurũ,  
 Vasa san- argentum tantum sunt? Quid trepidatis attingere ca-  
 ct. lices & patenas quasi sancti aliquid sint ista metalla?  
 quæ si ex sacramentis Christi sancta fiunt, mirum cur et  
 Iudas non sanctus factus sit assumpto corpore & san-  
 guine

guine Christi. Quæ si ex sacramentis non sancta sunt, quid eis proderit oleum & cōsecratio papistica? Quid confiditis in pediculosis cappis & plattis, quæ ipso pereunt usu? Quid in esu unde postea cacatis? Si piū est quod Ezechias comminuit signum salutis, quod factum erat per sanctum Moſen iubente domino, quādo uidet homines hinc querere salutē, quo loco habebis omnē hodie factionem papisticam, quæ in meris adinuentio- nibus humanis, de quibus nunquam præcepit dominus, querit & querere docet salutem? Verum ista primum uerbo Dei è cordibus tollenda sunt, ut postea, si uidebitur, etiam potestate publica, quemadmodum hic factū, exterius tollantur &c.

Itaq; post eum &c.

Eadem<sup>o</sup> infrà dicuntur de Iosia. Vide ergo ne adeo ineptum putes scriptorem, ut sui oblitus in tam nobis & sibi propinquis historijs esse uideatur. Primum, Dauidem non opus est ut hinc excipias, quia hic agitur de regibus Iuda, hoc est de illis qui fuerūt post diuisum regnum. Deinde uulgo reges Iuda aut fuerunt manifeste impij aut in speciem pij, ut superiores habent historie. Et si qui uerè pij fuerunt, tamen quædam neglexerunt & non ausi sunt pro deo, uel ut excelsa auferrent. Certum est ergo ante eum nullum ex regibus Iuda similem fuisse Ezechie. Quod uerò post eum similis aliquis fuisse negatur, Iosias obstat, sicut et q. similis ante Iosiam  
 61 fuisse

178 ANNOT. IN SECVNDVM LIB.  
fuisse negatur, Hic Ezechias obstat. Verum has minu-  
tias scriptura non curat neque timet sophisticas cauila-  
tiones. Sententia ergo meo iudicio est. Vulgo reges Iu-  
da non fecerunt omnia quæ ordinarat Moyses, ut in o-  
mnibus obsequerentur Deo, nullus ergo eorum fuit si-  
milis uel Ezechiae uel Iosiae.

### Vnde & erat &c.

Quia credebat & fidebat domino non potuit nõ in  
reliquis sapienter agere. Aliorum sapientia stulticia est  
apud deum, Et dicentes se sapiētes stulti facti sunt. Ex  
emplorum sat uidere licet in precedentibus historijs.  
Euanuerunt enim in cogitationibus suis, qui nõ proba-  
uerunt deum habere in noticia. Huc quoq; pertinet, qd  
omnibus aduersarijs superior est. Vbi deus docet, im-  
perium peccati & mortis regnare non potest.

### Rebellauit &c.

Scilicet cui pater impius tributarius factus fuerat. Atq;  
hic Ezechias in domino confisus est ut resisteret &c.

### Ipsē percussit &c.

Prophetauit Amos cap. 1. cōtr à Palestinos. Hic  
autem uastantur ab Ezechia usq; ad Gazam. Azotum  
quoq; scribitur uastata ab Assyrio, Esaiæ. 20. Gaza etiã  
ab Aegypto. Hier. 47. De quinq; Palestinorum in-  
signibus urbibus alibi dictum est.

A turre &c. ¶ Vide capite superiore.

Anna

## Anno quarto &amp;c.

Repetit historiam de captiuitate Israëlis, ut ostendat regnum Iuda sub Ezechia in summa rerum desperatione à Deo seruatum, quemadmodum sequens historia describit.

## Anno quartodecimo &amp;c.

Quid nunc prodest Ezechie fiducia in deum? Ve Ezechiarum sic deus agit cū omnibus electis, ut tunc eis omnia tentatio, desperatissima uideatur, quando maxime ipse uult liberare & glorificare, quemadmodū contigit filiis Israël in Aegypto ubi erant educendi, quē admodū cōtigit Ioseph, quando futurus erat dominus Aegypti &c. Hic coepit Ezechias proculdubio secum reputare. Mala à Prophetis sepe prædicta sunt & à lege Moysi, contra hūc populū, quia patres mei grauitèr peccauerūt cum populo, ideo non uult nos dominus liberare de manu Assyrii, cui etiā iam nostras urbes munitas tradidit, feram ergò dei iudiciū ne uidear reluctare uolūtati diuinae. Quid hic putas passam fidem Ezechie, quādo uidit dominū cōtrā se pro inimicis stare? Grauißima certè tentatio quā norunt experti. Ideoq; & putans hanc esse uoluntatē domini ex iudicio quod sensit, iugo Assyriorum quod ante detrectarat se rursus submittit. Vbi uerò audit horrendam contra deum blasphemiam, sentit diuinam misericordiam implorandam & liberatur



180. ANNOT. IN SECVNDVM LIB.  
per deum. Ita impijs submittere licet fortunas nostras,  
quod uerò & ipsum deum nobis auferre uolūt, nequa-  
quam ferendum est.

### Confregit ualuas &c.

Non ut confractæ manerent, sed ut presenti occurre-  
ret necessitati, quemadmodū & Ambrosius censet etiā  
calices sanguinis Christi frangendos pro redemptione  
captiuorum & usu pauperum.

### Misit autem rex Assyriorum.

Ne promissam quidem fidem seruat Assyrius, ut exple-  
at suam cupiditatem et animū uindictæ cupidum, quē-  
admodum de eo dicitur Esa. 10. ad cōterendum erit cor  
eius, & ad internitionem gentium non paucarum. Nō  
potest hic rex iudicio Dei quiescere, sed urget contrā  
se malum quando perire debet. Dum impij secure faci-  
unt quidiuis, tunc adest ipsorum casus. Quere exempla  
& ita semper factum inuenies.

### Vbi est deus &c.

Vide & hanc blasphemiam Esaie. 10. Reliqua diximus  
Esaie. 36. & in sequentibus. Nam historia hæc de Eze-  
chia ex Esaie libro huc adscripta est.

## CAPVT XIX.

**E**Runtq; &c. Lege, q; essent futuræ desolatus  
accruus lapidum, cōpugnantes ciuitates munitæ.

Caput

## CAPVT XX.

**D**e tertio. Scilicet ne putes me in longinquum  
dicmpus prophetare de tua sanitate.

## CAPVT XXI.

**M**agna profectio & immensa Dei benignitas est,  
quod post Ahas impietatem sub Ezechia tan-  
ta lux rursus ueritatis diuine effulget, reuocato uerò  
Dei cultu, & tantis prophetis (qualis est Esaias) uerbū  
dei pleno spiritu predicantibus. Quis enim non uidet,  
Seruati in  
ut Ezechiam regem ita & plerosq; alios, tūc per uer-  
ter impio-  
sum ad uitam eternā in medio nationis prauæ serua-  
uerbo.  
tos? Verum quā ingrata reliqua multitudo deo fue-  
rit, hæc quam nunc tractamus historia manifeste decla-  
rat. Nā statim defuncto Ezechia mittit deus eis opera-  
tionem erroris per Manassen ut populus cū rege pec-  
cet traditus omnibus modis in reprobam mētem, ita ut  
exuperet etiam impietatem Cananæorum & idolola-  
triam Israëliitarum, nec terret eos utriusq; populi iudi-  
cium quod iam uiderant. Hic nullis legibus dei mouen-  
tur ut timeant, & uel aliquid impietatis omittant, nulla  
est sanctæ ciuitatis quam deus elegerat, aut sancti tem-  
pli à Deo consecrati ueneratio, promissa dei contem-  
nuntur, Prophetæ non audiuntur, imò occiduntur cum  
multi alijs ueritatis sine dubio cōfessoribus, qui ex re-

Ut quij. erant sub Ezechia deo cōsecratis, ita ut & uerū  
 uenūdari  
 sub pecca  
 to.

putemus quod Hebræi dicunt Esaiam quoq; à Manasse  
 occisum. Hoc itaq; est quod scriptura uocat uenūdari  
 sub peccatum, ut scilicet excæcatis hominibus fiant ea  
 quæ nō conueniūt, ut cōtempta dei misericordia furor  
 eius deseruiat. Hinc est q. dominus ne sub pijsimo qui-  
 dem Iosia propitius uult fieri terræ & populo, ut reuo-  
 cet sententiā, quæ admodum sequens historia declara-  
 bit. Habes igitur hic absq; exemplo maximum impieta-  
 tis exemplum, sed ita meretur nostra impietas, dum gra-  
 tiam interim reuelatæ ueritatis non agnoscimus. Ha-  
 bes æque maximū diuinæ miserationis iudiciū, q. tanta  
 impietas in Manasse, quod ad eius personā attinet, acci-  
 pit à Deo non solū ē captiuitate corporis, sed etiam ex  
 iniquitate coram deo & à deo remissionem, id quod ti-  
 bi legere licebit ex Paralip. Extat & ea de re Manassis  
 oratio. Ut uideas dei gratiā neq; nostris meritis ad nos  
 uenire, neq; nostris demeritis arceri quo minus ueniat,  
 modo dei promissio per fidem fiat nostra, ut confiden-  
 tes dei bonitate ex pessimis optimi euadamus.

### Conuersusq;.

Id est, fecit quæ Chananei illic fecerant, & præter  
 rea quæ idololatræ Israëlitiæ peccauerant, & quæ do-  
 minus in Deuteronomio prohibuerat &c.

Ad David.

Vide

Vide suprà in historia Salomonis &c.

### In sempiternum.

Id est, perpetuo, Hebr. eorū more. Hæc enim duratura erant usq; ad Christū, quādo nō tamē peritura erāt sed in melius cōmutanda cū regno & sacerdotio &c.

Tinniant &c. ] 1. Regum. 3.

### Funiculum.

Id est, ita metiar eam ut ante hac Samariā, hoc est, peradam & tradam inimicis. Pondus autem siue mensuram domus Achab dicit idem iudiciū quod uenit super domum Achab, de quo suprà legis &c.

### Delebo.

Hebr. Effundam Hierusalē sicut effunduntur parofides, & euertam eam, dimittam uerò &c.

### Vsq; ad os.

Metaphora sumpta ab homine quasi stante in sanguine uelut in aqua. Oratio significat in Hebr. eo. Vbiq; Hierusalem contaminatam innoxio sanguine. Adiungit huc Manassis orationem.

**Amon.** Quā in ingens furor dei fuerit in populum ingratum, ut suprà diximus, hoc quoq; indicat, qd Manassis impietas per tam longum tempus regnauerit. Verum in filio Amon abbreviat deus dies istius nequitie propter electos, ne non salua fieret omnis caro, quāadmodum Christus dicit de nouissima Iudeorum



164 ANNOT. IN SECVNDVM LIB.  
uastatione, id quod uidebimus in historia sequenti. In  
medio enim furoris deus misericordiae recordatur, ut  
dicit Abacuc, ut aliquos saluos faciat. Perit ergo in  
Amon hereditaria iniquitas per seruos, qui & ipsi iu-  
dicio dei perire debent, quemadmodum supra nonnun-  
quam de talibus iudicijs diximus.

C A P V T XXII.

**E**cce rursum lucem misericordiae & ueritatis diui-  
nae sub Iosia, ut saluentur quidam qui electi sunt,  
reuocati per uerbum dei quod iam rursum innotescit,  
& ut grauius sine excusatione damnentur, qui hypo-  
crisi pietatis iam ferè omnes sub pio rege pij uidentur,  
qui nunc foedus cum Deo ineunt iubente rege, sed data  
occasione post mortem regis deficiunt & declarant qui  
sint, dum reuelantur ex multis cordibus cogitationes.  
Nam si uerè pij fuissent, non potuissent subito sub im-  
pijs Iosiae filijs blasphemare bonum dei nomen, quod  
erat inuocatum super ipsos. Idcirco furor & ira Dei,  
quae excitata erat per peccata Manassis manent super  
populum & locum etiam Manasse saluato. Ex omnibus  
his historijs facile uides quid referat regnorum habere  
pios uel impios principes & magistratus. Exempla ho-  
die uidemus quando pauci suscipiunt Euangelium. reli-  
qui sequuntur suos principes & maiores, ut simul ruant  
in foueam & desperationis & aeternae damnationis.

Porro

Porrò in isto Iosia uidere licet quod dominus ait Esaiæ ultimo. Ad quem respiciam nisi ad pauperculum & cõtritum spiritum & trementem sermones meos? Infideles autem & hypocritarum hostiæ abominatio sunt apud Deum, ut ibidem dicitur. De hoc Iosia longe ante prædictum est. 3. Regum. 13.

Ad dexteram declinare est addere uerbis dei, id est, Ad dextera pro cultu Dei habere quæ deus non mādauit. Ad sinistra uerò declinare est uerbis dei demere aut ea ab iniustriā decere contemnendo. Per illud impie maior aut alia sanctinare. Elitas queritur, per hoc uerò manifeste deus cõtemnitur. Prohibita sunt hæc Deutero. 12. ubi dicitur, Quod præcipio tibi, hoc tantū facio, nec addas quicquā nec minuas. Porrò media & regia uia gradi est soli & puro dei uerbo per animi sententiam & cordis fiduciam adhærere, id quod fit dum ueritatis honorẽ uerbo Dei tribuimus, trementes ad eius iudicia, & gaudentes ad eius promissiones, Vtcunq; nos sepe premant nostræ transgressiones. Atque ita intellige locos scripturæ, qui sepe occurrūt tibi, quod deus cõminatur se abiecturum populum nisi manserit in omnibus mandatis &c. Quis est qui manet in omnibus mandatis? Non tam ergò hæc dicuntur de peccatoribus, quàm de contemptoribus, quos scriptura uocat superbos, ut in Psal. increpasti superbos, male dicti qui declinant à mandatis tuis, declinant, inquit, uel ad dexteram uel ad sinistram. Nōdum

186 ANNOT. IN SECVNDVM LIB.  
declinasti quando transgressionem tuam noris coram  
Deo damnare, non imputante scilicet Deo per miseri-  
cordiam quod tu spiritu damnas & ignosci desyderas.  
Talem populū uoluisse Deum & lex & propheta &  
omnes historie declarant, quando peccata facile disti-  
mulauit & ignouit, contemptum autem ferre non po-  
tuit. Veritatem sui uerbi inuiolatam uoluit credi utcūq;  
in uerbum sepe per fragilitatem peccaretur.

### Anno autem. XVIII.

Prima cura erat adulescentis, ut instauraret ea que  
Dei sunt secundum dei prescriptum. Vide hæc in histo-  
ria Ioas. 4. Regum. 12.

### Librum legis.

Id est, Deuteronomiū, quem iussus erat rex legere  
cunctis diebus. Deut. 17. In quo scribuntur & maledic-  
tiones horrendæ in legis transgressores &c.

### Ite, consulite dominum.

Vel ex hoc loco uidere licet quomodo consuluerint  
tunc dominum, de quo sepe legis, nempe in aliquo san-  
cto uiro aut scemina, ut hic in Hulda prophetissa, Non  
tamen negamus aliter quandoq; consultum dominū.

In secunda. I scilicet parte ciuitatis.

Pro eo. Quia credidit uerbis dei (quemadmo-  
dum uides manifeste describi) ideo tremuit, scidit ue-  
simenta

stimenta & fleuit, & ideo exauditus est, domino nō in opera sed in fidem cordis, unde illa opera prodierunt, respiciente.

## CAPVT XXIII.

**N**ihil omittit optimus iste Iosias quo seruiat cum populo deo. Et fœdus percutit cum domino seruandæ legis id est, nō deficiendi ad deos alienos aut cōtemnendi uerbū, sed potius, quoad fieri possit, sequendi. Tale fœdus quoq; percussit Iosue, ut legis Iosue ultimo, legis & alibi &c.

## Sacerdotibussecundi ordinis.

Id est, illis sacerdotibus qui sub pontifice ministrabant.

In Bethel. Forte ut ostenderet hanc fuisse idololatriam similem illi quæ fuerat in Bethel, propter quâ iam erat abiectus Israël.

Haruspices. Heb. Camarim, D. Martinus ex uocabulo iudicat qui fuerint. Nam camarim dicuntur à mentis feruore, siue ut uocant, deuotione, apud quos incēsa iherus hoc ualebant quod apud nostros monachos & clericos in templis cantus & orationes. Nam hæc incēsa in scripturis orationē significant, ut in Psal. Dirigatur domine &c. & Apoc. 8. Ut autem nostritalibus suis factis impie confidunt, ita & illi sine uerbo Dei.



**LUCUM.** Scilicet quem fecerat Achas in atrio domus domini.

### Super sepulchra uulgi.

Vt scilicet contaminatum & immundum ostenderet quod ut sanctum habitum erat per idololatriam. Si quidem contactu mortui secundum legem homines immundi reddebatur. Hinc & infra legis, quod Iosias excelsa idolorum contaminauit, id est, immunda declarauit repledo ossibus mortuorum, Et similiter altare in Bethel polluit, super illud ossa mortuorum comburendo.

De effœminatis alibi diximus.

### De Geba usq; Berseba.

Id est, per totam ditionem regni Iuda.

#### Azyma in medio fratrum suorum.

Id est, quisq; in loco habitationis suae non cum sacerdotibus templi domini &c. Non accedebant ad altare sed oblationum fuerant participes ut alij sacerdotes.

Tophet, de quo saepe legis, est locus in suburbanis Hierusalem, ubi Molocho per ignem filios consecrabat, quemadmodum & Achas fecerat &c. Hinc pro igne et iudicio dei ponitur Esaie. 30. Preparata est, inquit, ab heri Tophet à rege preparata, profunda et dilatata. Nutrimenta enim ignis & lingua multa, flatus domini sicut torrens sulphuris succendens eam quasi dicat. Vos religiosum & sanctum iudicatis incendere ignem in

Tophet

Tophet quod deus non mandauit, ecce deus incendet uobis Tophet & ignem mittet quē nō exstinguet. Ignem pro cultu dei habetis, igne peribitis. Dicitur autē filiorum Hennon, quia in possessione posteritatis Hennon erat ille locus, unde Gehennam ignis putamus in Euangelio appellatam ignis aeterni poenam.

### Currus & equos solis.

Apparatum simulachri solis intelligo more gentium, quemadmodum uidemus in Poëtis.

Offensionis. Heb. Mashith, id est, perditionis. Putatur autem pars montis oliueti fuisse, ubi perdebantur & occidebantur noxij, Nisi hic respicias in historiam Salomonis, quod per excelsa illic adificata perditus fuerit coram deo populus. Vide .3. Reg. 11.

luxta uerbum domini ] .3. Regum .13.

### Sepulchrum est hominis dei.

Iosias ossa prophetae qui tantis declaratus erat miraculis uoluit esse intacta. Nostri certe sua canonizatione sanctorum insaniissent. Honore sepulchri affecerunt olim sanctorum corpora, ut legis de Sara, Ioseph, Christo, Stephano &c. Et Christiani leguntur adisse sepulchra martyrum, illic adorasse deum, cecinisse, praedicasse, ueneranda illa loca habuisse, sparsisse rosas &c. quo declararent fidem resurrectionis contra gentiles, qui iridebant nostros, quod propter uitam sinerent se occidi.

Atque

Atq; hac sola caussa loca sepulchrorum apud nos cōuenit esse uenerationi, &c. Cæterum exemplo omnium ueterum sinamus ossa sanctorū quiescere donec à morte resurgant.

Phase quidē factum fuerat sub alijs bonis regibus et iudicibus secundū præscriptū legis, sed non simili populi cōcursu & feruore, & ut puto etiā sacra pompa. De ratione Phase & qd sibi uelit habes in historia Exod.

Similis illi. De hac oratione dixi in historia Ezechie. Veruntamen &c. De hoc loco diximus in principio capitis superioris.

### Dixit itaq; dominus.

Habes hic etiam sententiam Dei contra Iudam, cuius dicit se ablaturum regnum & sacerdotium, quæ sancta illic instituerat, de quibus & gloriabantur. Vt declaret mundo, omnia externa etiam si à deo instituta sint, esse immunda & abominabilia in conspectu dei, relicta indecum fiducia. Hanc abiectionem statim post obitum Iosie uidebis, completā uero in captiuitate Babylonica, aut potius in hac nouissima captiuitate.

### In diebus eius.

Vide hanc historiā clarius descriptam in Paralip. Vbi autem nunc est illa promissio dei per Huldā prophetissam. Colligeris ad sepulchrum tuum in pace? Respō  
deo.

deco, Maxime hic illam uides, Occasio quidem sibi est  
 mortis, sed dei beneficio occiditur postquam optime et  
 coram deo & coram hominibus gubernasset. Esto simi-  
 lis uideatur ista mors secundum iudicium carnis morti  
 illorum qui impij erant, dum aggreditur regem Ae-  
 gypti quasi inuadentem regnum, nec audire potest eū  
 licet uerbis dei loquentem, tamen ita deus uoluit sancto  
 suo curare non solum quietem sed et eternam salutem.  
 Quietem, ut (quemadmodum Hulda prædixerat) non  
 uiderent oculi eius mala omnia quæ introducturus erat  
 dominus super regnum Iuda post tres menses, ut statim  
 uidebis, & deinde alia quæ leges. Aeternam uero sa-  
 lutem, ut tam sanctus uir & tantis uirtutibus clarus abs-  
 que fiducia meritorū ut peccator hinc decederet, alio-  
 qui forte saluatus non fuisset. Non statim moritur à uul-  
 nere, quemadmodum legis in Paralip. Sic agit deus eū  
 sanctis suis, ut sese agnoscant qui ex se sint, & quid de-  
 beant illi à quo solo omnia habent, aliter quidem agit  
 cum tribulato Abraham, aliter cum Dauid aliter cum  
 Hiob, aliter cum Ezechia, aliter cum Iosia &c. sed  
 hoc unum in omnibus quærit paterna clementia, ut à fi-  
 ducia sui cadētes nihil tam sancti uiri sibi arrogent san-  
 ctitatis. Porrò in isto Iosia hic uides quod dicitur Esa.  
 57. Iustus perit &c. & Sapientiæ . 4. Iustus si morte  
 præoccupatus fuerit &c.

Iosie  
 mors.

Tulii



Tulitq; Ablato iusto Iofia, qui non debebat uide-  
re imminēs malum, statim adest diuinę sententię, quā  
supra legis, iudicium. Impietas seruat contra deum, po-  
testate regni adeo exuuntur, ut nō solum tributarij fiāt  
Aegyptio, sed etiam ne potestatem quidem habeant cō-  
stituendi sibi regem nisi per Pharaonem, quo nomine  
omnes reges Aegypti appellantur in sacris literis.

Vixit J Vide Iosephum.

Hemath.

Reblath ciuitas est in Syria, Hemath similiter secū-  
dum Iosephum, sed Hemath nobilior erat unde terra il-  
la terra Hemath appellata est, nisi tota terra Syriorum  
dicta sit terra Hemath ab Hemathi filio Chanaan.

### C A P V T    X X I I I .

QVia ut in Psal. dicitur, noluerunt benedictionē,  
Quenit maledictio quā lex pr. edixerat, Leuit. 26  
De qua & Moyses cecinit. Dentes bestia-  
rum immittam in eos cum furore trahentium super ter-  
ram atque serpentium, foris uastabit eos gladius & in-  
tus pavor &c. Quin propheta Hieremias et alij de qui-  
bus dicitur in fine libri Paralip. hæc quę nunc patien-  
tur & passuri sunt specialiter istis pr. edixerāt, ut nihil  
habeant excusationis & magis digni fiant iudicio dei.  
Aduerte quod Hieremię. 22. Ioachas filius Iosie uo-  
catur

catur Sellum, & hic Ioiachim æque filius Iosie prædicitur turpiter moriturus, & Iosephus dicit eum occisum & eiectum extrâ Hierusalem &c. Hic est qui combussit librum Hieremie. Hierc. 36. Ioiachim uerò huius occisi Ioiachim filius à Hieremia dicitur in eodem loco, & 1. Paralipo. 3. Iechonias quemadmodum & à Mattheo, ubi dicitur omissio (quod miror) Ioachim filio Iosie, Iosias autem genuit Iechoniam &c. Non tamen falsum dicit Matthæus, dum pro duobus Ioachimis unum ponit qui & Iechonias dicitur, Nam & nepotes filij sunt in scriptura. Neque est quod calumniaris de uerbo genuit, quando & Paulus Roma. 1. de Christo dicit, Qui genitus est ex semine Dauid secundum carnem. Hic autem Iechonias, qui secundus est Ioachim, seruatus est in captiuitate, ut & capite sequenti uidebimus. Hæc interim uolumus lectorem admonere.

### Rebellauit.

Scilicet secundum Iosephum sperans auxilium per Aegyptium, qui ipsum constituerat regem, maxime quando uidit Aegyptium resistere Babylonio regi. sed ista fiducia dominus excæcauit cor Ioachim, ut cum populo incideret in mala. &c.

### Propter peccata Manasse.

De hoc loco supra admonuimus.

### Et dormiuit.

N

Scilicet

294 ANNOT. IN SECVNDVM LIB.  
Scilicet turpiter occisus secundum uaticinium Hierem  
mie, ut supra diximus.

Riuum Aegypti Hieronymus putat riuum ad Riua  
corulam ciuitatem.

Egressus est Ioachim &c.

Vel recordatus prophetiae Hieremie, quae scribitur  
Hiere. 22. uel admonitus etiam tunc per Hieremiã pre  
sentem, Idcirco suscipitur & non occiditur, & tandẽ  
post carcerem humiliatus exaltatur in terra captiuita  
tis, quemadmodum capite sequenti dicemus.

Anno octauo regni sui.

De regno regis Babylonis dicitur.

Iuxta uerbum domini.

Scilicet quod dixerat per Esaiam ad Ezechiam.

Omnem artificem & inclusorem.

Inclusores Hebr. Omneis fabros lignarios & ferrarios, ita & in  
fra quoq; &c. Inclusores uocant Hebraei, quia faciunt  
seras & claustra.

Exceptis &c. Vide Esaiã. 7.

Recessit. Id est, desciiuit ne esset sub tributo &c.

## C A P V T      X X V .

**H**Actenus aliqua spes erat recuperandi regni stan  
te Hierusalem ciuitate quam elegerat deus, inte  
gro adhuc sacerdotio et omnibus sacris, Hic autem se  
mel au

mel aufertur & populus & regnum & sacerdotium, Destrua  
 quemadmodū multipliciter dominus per Moſen et ſpe ſtio tēpli  
 cialiter per alios prophetas, ut ſuprà diximus, prædixit & ciuita-  
 rat. Cogebatur impietas tandem ſentire ſententiã uer-  
 tiſ-  
 bi Dei quam contempſerat. Neq; uerò Prophetæ tan-  
 tum huius captiuitatis miſeriã deſcribunt, ſed etiam ſæ-  
 pe captiuitatem peccati & mortis (ubi populus, qui ſe  
 Dei gloriatur populū, traditionibus uexatur humanis,  
 ut ad ea quæ uerè Dei ſunt redire non liceat) elegãti ſi-  
 gura ſub typo captiuitatis Babylonicæ nobis delineant,  
 quemadmodum nonnunquam in Pſalmis indicauimus,  
 uel in Pſalmo cui initiū eſt. Vt quid deus repuliſti &c.  
 Non dubium autem quin propter contemptam uerita-  
 tem uexatoribus conſcientiarum tradamur, ut creda-  
 mus mēdacio. 2. Teſſa. 2. Nihil eſt quod gloriamur nos  
 populum dei propter externa ſacramenta, quãdo uer-  
 bum fidei nobis periijt. Nam in tempore anguſtiæ peri-  
 bimus ut illi, qui integra confidebant ſibi adhuc omnia  
 dei ſacra. Natura cæca Dei donis gaudere uult, con-  
 tempro Deo, qui in uerbo ſuo poſſidetur. Idcirco ut  
 iſta confidentia uana declaretur, hic eijciuntur ex illa  
 terra quam tantis promiſſionibus patribus promiſerat  
 deus, quam tantis miraculis & brachio excelſo dextra  
 ſua ipſe ſuo populo acquiſierat eiectis Cananæis &c.  
 Promiſerat quidem credentibus, & dederat poſt qua-  
 dringentos annos, ut uerax in promiſſis uideretur, ſed



195 ANNOT. IN SECVNDVM LIB.  
comminatus etiam fuerat sese abiecturum incredulos,  
& cōtemptores. Et ferè paulatim ita eos aufert à ter-  
ra illa sicut olim paulatim dederat, Dederat enim pri-  
mam possessionem duarum semis tribuum trans Iorda-  
nem. Inde reliquas terras transcenso Iordane. Nouissi-  
me ex arce Sion Dauid Iebusæum eijcit. Ita primum au-  
feruntur qui habitant trans Iordanem supra capit. 15.  
Deinde ex regno Israël, cap. 17. Nouissime ex Iuda &  
Hierusalem, ut quemadmodum dicitur in Paralip. ter-  
ra agat sabbata sua, id est, cesset non tam à laboribus,  
quàm à peccatis. Nam ut iniquitates Amorrhæorum et  
Cananæorum deus non tulerat, ita neque ferre potuit  
iniquitates Hebræorum, Non est enim personarum ac-  
ceptor deus. Pater quidem est utcunq; peccauerimus  
si credimus, Iudex uerò si eius uerbi cum Hebræis con-  
temptores fuerimus.

### Fames &c.

Vt etiam, quèadmodum maledictio legis prædixe-  
rat mulieres quædam coxerint filios &c. Threnorum  
4. Manus mulierum misericordium &c.

### Qui locutus est cum eo iudicium.

Expostulauit enim cum eo quare fregerit iusuran-  
dum, non ueritus neque Deum neque homines, Nam  
per Deum rex Babylonis adiurauerat eum, ut dicitur  
in Paralipomenis.

Nomisde.

## Nonusdecimus.

Hieremie ultimo dicitur, decimus octauus, quæ uarietas est ex incompleto nonodecimo anno, quemadmodum istæ minutie quandoq; non respiciuntur in sacris literis.

## De pauperibus.

Antea pauperes relinquebantur, ex quibus tamen rursus facile potuit emergere regnū, alioqui cur deficeret Sedechias à rege Babylonis. Nunc uerò ex pauperibus tantum relinquuntur uinitores et agricolæ, sicut & Esaiæ septimo prædictum erat, Vide Esa. 6. de decimatione populi, licet illic respiciat in nouissimas per Christum saluatas reliquias.

## Columnas.

De his omnibus uide in historia Salomonis. Hæc autem omnia abiicienda prædictum erat per dominum ad Salomonem si recederent à Deo, & per Esaiam ad Ezechiam.

## Sacerdotem primum.

Id est, primi ordinis &c. Hæc adduntur, ut sicut regnum ita & sacerdotium uideas ablatum, atque adeo omnia quæ per Deum assecuti fuerant &c. & præterea præsides & consiliarios auferunt ut nihil sani remaneat, secundum illud Esaiæ. 3. Ecce dominator dominus exercituum auferet ab Hierusalem &c.

198 ANNOT. IN SECVNDVM LIB.  
SEXVIROS.

Potius Sexaginta uiros &c.

Ismaël qui erat ex semine regio, dolebat illic alium regnare. Idcirco hoc malum fecit ut occideret Godoliam, ne scilicet malorum esset finis, & reliquus populus fugeret & dispergeretur in Aegyptum, prohibente tamen Hieremia nec audito, lege Hierem. 40. 41. 42. 43. &c. Itaque uides Dei iudicio terram illam promissionis uacuum.

Factum est &c.

Semè Dauidis. Non hoc fortuna fuit aut hominum fauor sed dei consilium, ut semen regium ex Dauide seruetur usque in Christum, nam oportebat secundum prophetiam Hieremiam post septuaginta annos populum Iuda reduci, ut ex semine Dauidis, suo tempore & loco à Deo per prophetas predictis, cõplerentur omnia quae de Messia expectabantur. Idcirco & deus, qui dum nascitur etiam misericordiae recordatur, in ipsa etiam captiuitate & in fine solutae huius captiuitatis insignes dedit eis Prophetas. Cuius infinita misericordia efficiat ne et nos, utcumque peccauerimus, sine uerbo dei nobis derelinquamur.

A M E N.

CHRONICA AB INITIO MVNDI 199

usq; ad captiuitatem Babylonicam

ex Iosephi libro. 10. antiqui-

tatum, capite. 10.

Templum ita concrematum est post quadringentos et septuaginta annos et menses sex, diesq; decem, ex quo illud constat edificatum. Ab egressu autem populi ex Aegypto anni tunc erant mille sexaginta duo, menses sex, diesq; decem. A diluuiio uero usq; ad uastationem templi, omne tempus fuit annorum mille nongentorum, quinquaginta septem, mensium sex, dierum decem. Ex quo factus est adam usq; ad ea que prouenerunt templo anni sunt tria milia, quingenti tredecim, menses sex, dies decem. Tantus ergo numerus est annorum. Tempus uero à captiuitate Israëliitarum usq; ad duarum tribuum migrationem, fuit annorum centum, triginta, mensium sex, dierumq; decem.

Deo gloria per Christum.

ANNOTATIONVM IOAN.

Bugenhagij in libros Regum,

FINIS.

N 4



ANNOTATIONVM  
INDEX IN ANNOTATIONES

Pomerani super libros Regum duos.



- Abisag habere, et nō agnoscere, qd sit. 7.  
Abisag Sunamitis Davidis uxor. 6.  
Achab regis impietas. 82.  
Achas impiissimus omniquaq; & propheta-  
rum persecutor. 167.  
Adoniae qualis impietas. s. & 5.  
Adorare homines etiam sancti possunt. 10.  
Aenigmata reginae Saba qualia. 53.  
Aereus serpens quare fractus. 175.  
Altare domini q non defendit iure occidendum. 11.  
Altare thymiamatis & thymiamata, quid. 33.  
Amentia perstringuntur impij. 135.  
Aqua sanguis apparet Moabitibus. 121.  
Aram Zoba, id est, Syria Damasci. 63.  
Arca quae continet, & quid significet. 30.  
Athalia crudelis & superba. 149.  
Atrium quae uasa continuerit, & ad quid. 35. & 29.  
**B**eelzebub qualis Deus & unde dictus. 107.  
Benedicere pro maledicere. 100.  
Bethsabee male comparatur Maria aduocata. 15.  
Boues duodecim lauacrum portantes, quid. 42.  
Brachijs niti regem quid sit. 130.  
**C**hristum significat Dauid & Salomon. 16.  
Casus rerum Dei providentia est. 152.

Cherubim

I N D E X.

- Cherubim duo qualia, & ad quid. 30.  
 Chronica regū Iuda extāt sed nō Israēl. 78. (159)  
 Chronica ab initio mundi ad captiuitatē Babylonicā.  
 Columnarū duarum opera qualia in templo. 40. 41.  
 Consilia hominum à Deo moderantur. 10.  
 Conscientiæ quomodo tentantur in sanctis. 85.  
 Contemptum non fert deus, etiam in malis. 92.  
 Credendum nulli contrā uerbum dei apertum. 72.  
 Cultus dei superstitiosus quis sit. 165.  
 Cultus falsus ueri dei in uitulis. 117.  
 Cultus uitulorum in Israēl, quibus argumētis compro-  
 bari potuerit. 69.  
 Curus igneus quis merito dicatur. 111.  
**D**avidis in senectā defectus calorū unde. 5.  
 Deus malos constituit & perdit. 75.  
 Deus idem in Mose & Prophetis. 117.  
 Deus semper adest pijs & fidelibus. 134.  
 Deus etiam à gentibus agnitus. 27.  
 Dei providentia circā promissa implenda. 150.  
 Declinare ad dexteram uel sinistram quid. 185.  
 Discipuli Prophetarum, pauperes & multi. 131.  
**E**Noch quò raptus, & quomodo. 110.  
 Ephraim tribus semper nobilis præ alijs. 66.  
 Equorum multitudo si licita Salomoni. 24.  
 Esaias à Manasse occisus. 182.  
 Excelsa quare non abstulerint sancti reges. 78.

ANNOTATIONVM

- Externæ ceremoniæ deo sola fide placēt. 50.  
 Excæcatio qualis regibus impijs. 118.  
 Ezechia pietas omnia restituentis. 175.  
 Ezechia tentatio & fides in dominum. 179.  
**F**ame fideles perire non possunt. 139. & 140.  
**F**errum quare natat contra naturam. 133.  
 Fides necessaria miraculis. 124.  
 Fide sola deo placent externa omnia. 50.  
 Fideles sunt deo curæ. 91.  
 Fidendum deo in omnibus tentationibus. 86.  
 Filij à parentibus docendi sunt. 116.  
 Foeminae quales & quare prohibita Israëlitis. 17.  
 Fœdus regis cum deo & populo. 151.  
 Fortuna & casus hominum dei providentia est. 62.  
**G**entiū fides per Sabā reginā cōmendata. 54.  
**G**ihesitæ sectarij, sudore alieno uiuunt. 124.  
 Gloria dei per nebulam cernitur. 46.  
**H**ebenum arbor indica & qualis. 53.  
**H**elie zelus & fides qualis. 90. & 86.  
 Helias qualis & quare tentatus. 83. 84.  
 Helias quò raptus, & si rediturus. 110.  
 Helias currus igneus dicitur. 114. (64.  
 Hieroboam quare à deo institutus primus rex in Israël  
 Hieronymus periclitatur circa ueritatē historiæ. 6.  
 Hiram artifex templi quis, & quare. 38.  
 Hiram tributarius Salomonis. 51.

## I N D E X

- H**istoria non contemnatur, non occidit. 7.  
**H**ominum consilia ex deo proficiſcantur. 10.  
**I**dum eorum reges Iudæis ſubditi. 118.  
**I**eiunium quadrageſimale ubi fundetur. 92.  
**I**eſabel traditiones humanas ſignificat. 145.  
**I**mpij, ſcientes contra dominum pugnant. 8.  
**I**mperfecti non ſtatim condemnandi. 130.  
**I**nobedientiâ hominum unde oriatur. 105.  
**I**oſiæ mors & ſepulchrum. 191.  
**I**ſraëlis impietas qualibus argumentis ſeſe tueri potue-  
 rit. 69.  
**I**udicium dei in impios. 142.  
**I**uramentum Dauid ſi fregerit. 14.  
**L**auari ſepties eſt ſpiritu iugiter baptizari. 128.  
**L**ege dei aliquando rationabiliter diſpēſatum. 18.  
**L**iber uerborum dierum Iſraël periit. 65.  
**L**uteres in templo quid ſignent. 43.  
**L**uxus ſi ſtare poſſit cum timore dei. 23.  
**M**alogramata qualia & quid ſignent. 41.  
**M**aria uirgo nō comparanda Bethſabeæ. 15.  
**M**anaſſes exemplum impietatis & poenitiæ. 182.  
**M**anere in omnibus mandatis dei. 185.  
**M**eretricum duarum allegoria. 21.  
**M**iniſtri iudicij diuini puniendo malos peccant. 80.  
**M**iracula uera quare ſiant. 156.  
**M**iracula ficta pro mendacijs. 159.

Miracu



## I N D E X

- Miracula sine fide non profunt ad pietatem.* 72.  
*Miracula prophetarum qualia & ad quid.* 123.  
*Missæ lucri gratia defenduntur.* 148.  
*Missæ papisticæ comparâtur uitulis aureis.* 148.  
*Mulieres perfidæ prohibitæ erant.* 141.  
*Mulierum multitudo quare Salomoni mala.* 59.  
**N***Aaman fides obscurior profecit.* 129.  
**N***Aaman pondus terræ quare translulit.* 129.  
*Naturæ rerum discendæ, etiam regibus.* 20.  
*Nebula includitur gloria dei.* 46.  
**O***pus dei contemni à iustitiarijs.* 124.  
**O***perum fiducia desperationem inducit,* 108.  
*Operum bonorum certitudo unde.* 13.  
*Opera hypocritarum optima, à deo damnantur.* 121.  
*Opera sanctorum non sequenda omnia.* 121.  
*Oraculum templi quale & ad quid.* 33.  
**P***apistica quo loco hodie habenda.* 177.  
**P***allium Heliæ si uirtutem habuerit.* 113.  
*Parentes pro impijs filijs rationem reddituri.* 117.  
*Pascit suos deus certissime.* 84.  
*Pecunia sponte oblata deo quid sit.* 154.  
*Porticus templi Salomonis quæ fuerit.* 29.  
*Præcones uerbi dei à mundo neglecti.* 131.  
*Præscriptionis argumentum nihil est, in rebus fidei.* 70.  
*Princeps, animo per deum sit intrepidus.* 12.  
*Principes impij regnis obsunt.* 12.

Principum

ANNOTATIONVM.

- Principum adultores contra ueritatem. 99.  
 Principes à pseudoprophetis seducuntur. 106.  
 Promissiones dei sub conditione. 11.  
 Propheta ueri inglorij & egentes. 87.  
 Propheta gratis & immeritis benefacit. 128.  
 Propheta sanctus decipitur, & occiditur sanctus. 92.  
 Psalmi ad quid cantandi, & quomodo. 119.  
**R**eges præsint ut profint. 19.  
**R**eges infelices sine sapientia. 20.  
 Regum ingratitude ad prædicatores ueritatis. 132.  
 Regum iniquitates deus non probat, licet uelit. 64.  
 Reges non sibi solis boni uel mali. 64.  
 Regibus sint gnari œconomi. 22.  
 Reges constituuntur à deo. 80.  
 Regibus etiam impijs non obsistendum temere. 81.  
 Regnum Salomonis pacificum & terribile. 55.  
 Regnum decem tribuum uarie nominatum. 66.  
 Regnatrix, hypocrisis, pietatis, & impietatis. 58.  
 Regnū Iuda, id est, duarum tribuum. 61.  
 Regni Israelis supstitutio qbus nominibus cōprobata. 69.  
 Regni Israelis multiplex impietas. 68.  
 Regnum Davidis et Salomonis quō Christum notet. 16.  
 Regnum miserrimum, ubi uerbi dei contemptus. 168.  
 Roboam consilio iuuenum quatenus deceptus. 67.  
**S**abæ reginæ qualia fuerint ænigmata. 53.  
**S**aba dicitur felix Arabia. 52.

ANNOTATIONVM.

- Sacerdotes pij fugiebant in Hierusalem. 70.  
 Sali quantum tribuendum in usu Helisæi. 115.  
 Salomon quare senex peccato ceciderit. 17.  
 Salomon edificat spiritualia & temporalia. 37.  
 Salomon terram promissionis possedit omnem. 23.  
 Salomonis tot structuræ unde, & ad quid. 25.  
 Salomon quando & quare stultus. 59.  
 Salomonis pax & copia. 55.  
 Salomoni allata munera quid significant. 57.  
 Salomonis quot uxores & concubinae. 60.  
 Samaria unde dicta & Samaritani. 81. 171.  
 Samaritanis cõparantur clerici nostri temporis. 173.  
 Sancti peccant, sed deus non imputat. 79. 73.  
 Sancti agnoscunt qui sint, ut deo fidant. 191.  
 Sanctum sanctorum & oraculum quale & ubi. 29.  
 Sanctorum facta non imitanda semper. 86.  
 Sancti morituri non spondent intercessionem pro suis  
 cultoribus. 112.  
 Sapientia uera quæ sit. 20.  
 Scientia in scripturis quæ dicatur. 7.  
 Scriptura non timet sophisticas cauillationes. 178.  
 Scriptura non dicit pugnantia. 136.  
 Seduci à pseudoprophætis deus permittit. 101.  
 Sepultura sanctorum ad quid. 159. & 189.  
 Serpens æreus ab Gehu confractus. 175.  
 Sibilus auræ tenuis dominum ostendit. 93.

Somnium

## INDEX

- Somnium reuelatio dei aliquando esse intelligitur.* 19.  
*Spiritus duplex ab Helia postulatus.* 114.  
*Spiritus unctio attendenda & sectanda.* 130.  
*Spiritualium hominum dona à deo.* 133.  
*Subijciuntur fidelibus omnia.* 107.  
**T***empli Salomonis constructio in mysterio.* 26.  
**T***emplum Salomonis ecclesia.* 28.  
*Templi destructio & ciuitatis.* 195.  
*Timentes dominum sunt aduersarijs superiores.* 178.  
*Thronus Salomonis cum leonibus quid notet.* 56.  
*Translatio Enoch & Helie ad quid.* 110.  
**V***erbo dei simpliciter hærendum.* 72.  
**V***erbum dei quid profit regibus.* 152.  
*Verbum dei contemnitur ubi abunde prædicatur.* 54.  
*Vestitus sanctorum ad necessitatem tantum.* 108.  
*Vituli auræ signant missas papisticas.* 148.  
*Vota contra dei legem sancti reiiciunt.* 25.  
*Vota sanctorum non præferuntur legi dei.* 14.  
*Zelus Helie non temere imitandus.* 90.

FINIS.





L4144f

00N 51084993

INDEX

The following is a list of the names of the persons mentioned in the text, arranged in alphabetical order.

A

B

C

D

E

F

G

H

I

J

K

L

M

N

O

P

Q

R

S

T

U

V

W

X

Y

Z

977278

